

382.

Abrahami Jndaei

Santa Cruz

16

Naturae

464

625

10.8.16

ABRAHAMI

IVDAEI.

~~382~~

305.

TRACTATUS DE NATIVITATIBVS
PER LVCAM GAVRICVM GEOPHONENSEM.

*Castigatus, & in ordinem redactus, atq;
recognitus, cum infinitis propemo
dum Annotationibus.*



D. A. C. de



M. D. XLV.

10.816



Clarissimo . D . Ioanni Baptista de perbenedictis Patritio Camer
tano Equiti Aurato Diui Pauli . III . Pont . Familiari
atque continuo comensali
Antonius Campanatius Bononiensis.

S . P . D .

Omnes qui rerum cupiunt cognoscere causas,
Astrigerosq; polos Omnipotentis opus.



IBI magnanime Eques iure quidem optimo
ingentissimas referunt gratias, quippe qui tu ter
perbenedicte (ut audio) innata tibi benignitate,
atque regali munificentia refertus. In rerum cele
stium, atque Arithmetices disciplina preclarus, ut
posteris nedum nostratibus prodesse tua spore
te Typographo iussisti. Quatenus Abraami
doctoris antiquissimi tractatus de natiuitatibus, qui iamdiu in te
nebris delitesebat nuper per LV . Gauricum Geophonensem reco
gnitus, atque castigatus illicet tuo aere proprio imprimetur, et pro
communi utilitate in manus studiosorum perueniret.

Ac Iuuenes valeant perdiscere dogmata uatum,
Inque domos studeant scandere sydereas.

Ex Ciuitate Felsinea Calendis Octobris.

1545.



DIXIT Abraham Iudæus. Optimum Instru-
mentum ad reperiendum gradum orientē, siue
horoscopantem. In natiuitatibus, est Astrola-
bium. Quod quanto perfectius, & maioris
quantitatis fuerit, tanto melius, post Astrola-
bium uero optimum instrumentū est, quod ap-
pellatur quarta circuli, siue quadrans, post hec,
umbra recta, uel transuersa, postmodum mensura per aquam facta.

Animodar quod interpretatur trutina, de qua dixit Ptholemeus
quod considerandum est, quis planetarum maiorem habeat potestatem
in gradu adunationis, idest, nouilunij, uel oppositionis Solis & Lu-
næ, quæ natiuitatem precesserit quia quot gradus signi (In quo fuerit
ille planeta) preterierunt: tot deberent esse gradus orientis, siue horo-
scopi, uel mediij cæli.

Multis probationibus id falsum esse constat. Quod si quis defen-
sor Claudij Ptholemei accesserit & nobis obijciat. Dicēs huiuscemo-
di falsitatem Animodar non recte probatam esse, propter Philosof-
phatium astrologorum discordiam de potestatibus siue dignitatibus
planetarum in signorum gradibus, & precipue terminorū uarietatem.

Respondemus: Nos in multis natiuitatibus cum perfecto astrolabio
etiam in puncto ipsarum natiuitatum: in terra etiam cuius latitudo
cognita fuerat, in gradibus & minutis sumpsisse gradus & minuta
altitudinis solis, nec tamen inuenisse multotiens aliquem ex septem
planetis cuius gradus & minuta cōrespondeant gradibus & minutis
horoscopi, hoc est ortiui cardinis uel culminantis celi, nisi cum fallas-
cia plusquam trium quartarum hore utpote. 45. Minutorum.

Dixit Messahala differentia adunationis & oppositionis Solis &
Lunæ tanquam horam unam temporalem ponendam esse & deinde
quantum hora natiuitatis ab hora precedente adunationis & opposi-
tionis distiterit considerandum esse, & secundum proportionem dis-
stantiæ illius ad totam distantiam inter adunationem & oppositionem

de hora temporali sumendum, sed & hoc multotiens falsum esse probauimus

Dixit Hermes quod locus lunæ in hora infusionis spermatis in matricem erit gradus oriens in natiuitate, gradus uero oriens in conceptione est lunæ locus in natiuitate quod uerum esse probatione cognitum est, nisi natiuitas, uel septimo, uel undecimo mensem fuerit.

Menses deputantur		
1	♄	Saturno
2	♃	Ioui
3	♂	Marte
4	☉	Soli
5	♀	Venere
6	☿	Mercurio
7	☾	Lunæ
8	♄	Saturno
9	♃	Ioui
10	♂	Marti

Magistri enim Astronomiæ primum mensem a conceptione Saturno attribuunt eo quod ipse incrementum semini conferat.

Secundum uero Ioui eo quod ipse incrementum semini conferat.

Tertium Marti calorem augmentati & motum attribuenti.

Quartum Soli qui uitam spirituale in corde ponit.

Quintum Venere lineamenta corporis & membra formanti et venustanti.

Sextum Mercurio, qui membra a se diuidit, haec tenus coniuncta.

Septimum Lunæ quæ formæ est & modus indicatiua, nascentem in hoc mense contingit uiuere, sed non diu: & uix unus in hoc mense nascitur qui aliquam non habeat in corpore aeternam.

Octauus iterum, ut prius Saturno dedicatur egressum conceptui prohibenti, quod si uel ex motu animæ, uel accidente corporis in hoc mense pregnans pepererit, & paries, & partus simul uita priuabuntur.

Item nonus Ioui ascribitur quo plurimi nascuntur.

Contigit etiam quosdam in mense decimo nasci, eo quod mars motum prebeat cui est mensis ille deputatus.

Sunt quoque qui mense undecimo orientur, sed rarissimi, ut uix unus inter mille nascatur illo mense undecimo. Nunc autem doceamus artem qua scire poterimus: Cognita natiuitate quot diebus pregnas conceptui hospitium prebuerit: & cognito orientis cardine utrum

Luna in superiori hemispherio peragrauerit, uel prope ipsum horo-
scopi gradum, uel septimæ, & si in principio septimæ domus, uel pro-
pe reperies Lunam, dies moræ fuerunt. 259.

Si autem plurimum à principio septimæ domus distiterit, Vide quot
gradibus æqualibus ab eo distet & pro singulis gradibus assumito ho-
ram unam æqualem cum. 50. minutis horæ. Dein horas cum earum
minutis in dies naturales redigito: & quod inde prouenerit præfate
dierum summe ut pote diebus. 259. adijcito.

Mora minor
259. dierum

Verum si Luna fuerit in orientis cardine, seu gradibus horoscopi
dies more fuerunt. 273.

Quod si Luna in hemispherio inferiori reperiatur cape distantiam
ipsius Lunæ ab ortiuo cardine, & illam distantiam reducito ad gra-
dus æquales (ut supra dictum est) & quod productum fuerit, adijci-
to diebus. 273 (qui debentur: Luna in superiori hemispherio exis-
tente) ut pote in ortiuo cardine partiliter supputata uel circiter.

Consentio Hermeti in hoc, quod locus Lunæ in conceptione erit
oriens siue horoscopus in natiuitate semper.

Contigit uero si prope natiuitatem scilicet septem uel quinque dies
ante natiuitatem, alius planeta, quam Saturnus gradum orientem in
conceptione obtinuerit, ibique potestatem siue dignitatem habens lunam
ex quadrato, uel ex opposito respexerit, exhibit partus citius præfinis-
to tempore,

LV. GAV.

Concepti fetus diem & horam ex templo faciliter supputare
 secundum Lucam Gauricum.

G.	H.	M.	Distantia.	
			D 7.	
1	1	50	Gradus	Dies
2	3	40	12	259
3	5	30	24	260
4	7	20	36	261
5	9	10	48	262
6	11	00	60	263
7	12	50	72	264
8	14	40	84	265
9	16	30	96	266
10	18	20	108	267
11	20	10	120	268
12	22	00	132	269
13	23	50	144	270
			156	271
			168	272
			180	273
			192	274
			204	275
			216	276
			228	277
			240	278
			252	279
			264	280
			276	281
			288	282
			300	283
			312	284
			324	285
			336	286
			348	287
			360	288

Ex diebus Abrami hebraei pro quibuslibet .i. gradibus sumito unam diem naturalem

Gr.	Dies
2	2
3	3
5	4
6	5
7	6
9	7
10	8
11	9
11	10
11	11
11	12
11	13
11	14
11	15
11	16
11	17
11	18
11	19
11	20
11	21
11	22
11	23
11	24
11	25
11	26
11	27
11	28
11	29
11	30
11	31

ad Doza
 ad Inoz
 ad Decta
 ad Dalo

V Bicuñq; Luna reperiatur in themate natalicio per Animodar
 rectificato siue supra terram siue sub terra, assumito ipsius distā
 tiam a cardine occiduo, utpote septima domo secundum successionem
 signorum progrediendo, & eiusdem distantiae gradus sinistrorsum
 perquirito in prima huius tabellulae columnula, & statim comperies
 e regione dextrorsum dies Morae quibus infans siue foetus stetit in
 utero materno: Illos postmodum dies morae subducito ab die natalis
 cio. Dies mensum connumerando ordine præpostero, & ubi termi
 nabitur numerus erit dies concepti foetus, in qua si tunc \odot reperia
 tur sub signo horoscopi natalicij, cum numero tamen graduum mi
 nore proximior, recte negotiatus fuisti, Alioqui per diem citra ul
 tra ue assumito diem illam pro conceptu quæ fuerit proximior gra
 dibus horoscopi natalicij.

Horam uero concepti foetus ita inuestigabis, perquirito apud eph
 meridas gradum solis in meridie eiusdem diei supputatum & eundem
 reperias in tabula domorum tui finitoris sub .x. domo, & horas cum
 minutis sinistrorsum e regione cōpertas scribe seorsum Dein gradū
 \odot in themate Natalicio supputatum inuestigabis sub horoscopo eius
 dem tabulae domorum, & horas cum minutis sinistrorsum annotatas
 scribe supra horas & minuta. ☀ postea subducito semper horas &
 M. ☀ ab horis & M. \odot accommodatis. 24. si oportuerit, & profi
 lient horæ cum Minutis post meridiē illius diei supra repertæ in qua
 foetus ille fuerat conceptus, utpote meo quidem iudicio quando sper
 ma uiri & mulieris incepit assumere formam embrionis, & non ho
 ram casus spermatis in matricem, quemadmodum omnes fere triuias
 les Genethliaci audacter affirmant: Ad illud deniq; tempus supputato
 locum. \odot & ille erit gradus uerus qui emergebat hora natalis sus
 pra finitorem tuæ regionis, & gradus Ascendens hora conceptus,
 erit uerus locus \odot in genitura. Nam hermes rerum cœlestium scri
 ptor antiquissimus affirmat illum ipsum cœli gradum horoscopare tē
 pore geniturae: quem conceptus tempore \odot tenuisset, rursusq; gra

dum illum tempore conceptus horoscopasse in quo gradu geniturae tempore D fuisset inuenta.

Ptolomæus autem in centum enunciatis, Aphorismo. 51. ait: In quo signo D. est geniturae tempore, illud in conceptu fac ascendens, & in quo signo inuenta fuerit in conceptu: illud aut eius oppositum fac ascendens in partu, Tunc enim luna conceptionis in opposito signo horoscopantis in genitura loci reperietur ut pote in signo occidui cardinis quum tempore concupitus ipsa luna in occiduo cardine fuerit inuenta.

Aduersus Ioã
nem pontanum

Non autem tunc oppositus in genitura locus ascendit: quum tempore concubitus in cardine occiduo fuerit inuenta, uti scripserat nosster Pontanus: qui hunc & plerosq; Aphorismos non ita ad unguem enucleauit, quum illos neutiquam rectè perceperit.

Nunc Abraami hebraei scripta sequuntur.

DIXIT Ptholomæus, omnis planeta ante initium alicuius domus existens & minusquam . 5. gradibus ab initio distans quasi in illa domo existens est, siue principium illius domus sit initio signi, siue non, intelligendum autem distantiam prædictam quinq; gradibus æqualibus esse cõsiderandam, Dico autem q; quãdo planeta est in principio domus maximè uirtutis est, quanto autem in ipsa domo à principio magis elongatur, tanto uirtutis minoris est. Cum autem est in proximo gradu ante principium domus, paruae potentiae, est quam potentiam à principio recepit, minoris autem est potentiae cum in secundo est ante principium domus sic paulatim potentia diminuitur crescente distantia: aut in quinto nullius sit uirtutis.

¶ Dixit Messahala quod si planeta est in . 30. gradu alicuius signi nullius poenitus uirtutis est in signo in quo est: sed in sequenti, hoc autem falsum est, signa enim quocunq; modo accipiantur, siue secundum cogitationem, siue secundum uisum: nullo intervallo à se ab inuicem distincta sunt.

¶ Notum est Iouis terminum esse in ariete à capite arietis usq; ad finem

nem sexti gradus eius, Terminū uero Veneris in sex gradibus sequē
tibus esse, tamen si fuerit Iuppiter in principio sexti gradus Arietis
non dicetur uirtutem habere in termino ueneris subsequente sed in
suo, & sicut interuallo non distat terminus à termino, sic nec signum
à signo, nam totus circulus gradibus distinguitur. Dixit hermes cum
aliqua stellarum infixarum primi honoris fuerit in gradu oriente ostē
dit natum magna, & extranea, & miranda ultra parentes habis
turum, secundum temperiem illius stellæ, dicitur autem temperies stel
læ quod ipsa similem in terrenis exercet uirtutem, similem dico uir
tuti quàm in terrenis habet. coiunctio aliquorum planetarum duorū
dico autem hoc dictum hermetis uerum esse siue sit primi siue secundi
honoris fixa, quæ tamen parue latitudinis sit: ut cor Leonis: & Alde
baran quæ sunt primi honoris: & cor Scorpionis quæ est secundi.

¶ Quæ uero magnæ latitudinis est: ut Aquila cadens quæ primi hono
ris est, uel Aquila uolans, quæ secundi est, paruam uirtutem in terre
nis pōt exercere.

¶ Dixerunt Babilonij quod fixa primi, uel secundi honoris cū gra
du oriente in natiuitate ascendens, eandem habet uirtutem quam ha
bet in oriente, quod falsum est, nam maior est uirtus longitudinis
quam latitudinis.

¶ Albuma Zar uero in isagogis suis maioribus, multas & uarias fi
guras enumerat cum una quaq; facie cuiusq; signi ascendentes, secū
dum Indos quod magis ridiculo quam ueritati accedit.

¶ Item Albuma Zar enumerat alias figuras secundum Ptholomæum
cum faciebus signorum ascendentes, quod uerum est secundum quas
traginta octo imagines celestes quæ sunt infirmamento: quas Ptho
lomæus enumerauit secundum dispositionem quam habuerint in tem
pore suo, nunc autem secundum sententiam suam loca mutauerunt, cū
tamen secundum Indorum sententiam sint immobiles: ueritas autem sic
est: quod siue illæ figuræ moueantur, siue non, duodecim tantum eas
rum considerare debemus, quæ sunt propinquæ Zodiaco, non uingin
ti unam Septentrionales nec quindecim Australes.

¶ Indi in libro natiuitatum multas partes faciunt: quas omnes negli

B

vultur cadens
Aquila uolans

et cum quo or
tur.

Aboassar.

fixe. 12. non
ercedentes. 9.
gr. latitudinis

Septen. 21.
Meri. 15

git Ptholomæus nisi partem fortunæ, ego autem in hoc libro enume-
rabo quas probauerunt periti huius artis scilicet Dorocteus Messe-
hallas andru Zagar: his prælibatis nunc de proposito dicendum est.


¶ IN Primis ergo secundum tabulas probationum siue directio-
num (reperito orientis cardine) quinque domos reliquas secundum
terræ tuæ latitudinem coequato: iuxta artem à nobis in astrolabio
traditam, non secundum magistros astronomie: quorum falsitatem in
libro de rationibus tabularū ostendimus ¶ Imò bene coequantur do-
mus. 12. cælestes per cōceptum rectificatæ fuere certius autē per esse-
ctus suæ à posteriori cum tabulis directionū seu primi mobiles. ¶ Et
quum. 12. domorum figuram erexeris: in ea scribe locum, cuiuslibet
planete in domo in qua inuenitur: caput quoq; draconis lunæ & cau-
dam: quos omnes in tabulis Ptholomæi: uel Alfonsi aut Blanchini: se-
cundum longitudinem tui finitoris oportet coequatos esse: scribe et
Aspetus siue radiationes cuiuslibet septem planetarum in domibus
ubi accident: illi aspectus considerandi: secundum distinctionem domo-
rum, & secundum gradus equales, & hec est figura quā Ptholomei
appellamus.

LV. GA.

*in d rōnibus
tabularū.*

Abrahami.

Figura Claudij Ptolomæi.



Post hec aliam fac figuram, & ab orientis gradum inue octo gradus retro: nec cures an in eodem signo, an posteriori terminetur illa subtractio, gradum uero (in quocunq; terminetur) scribe in secunda figura initium ponens prime domus: & ad hunc modum: à principijs singularum domorum deme octo gradus, & gradus terminationis in principijs reliquarum domorum, scribe in secunda figura, similiter à locis singulorum planetarum: & capitis, & caude, & à

B ij

locis a speruum octo gradus retro, deme: & terminos sub tractionis
 singulorū in secunda figura scribe, & hec appellabitur figura idorū.

Sunt itaq; hæ duæ figuræ in præsentia admodum necessariae in hoc
 negotio.

Figura Indorum.



EGO Autem arbitror Athemate . 9 . orbis secundum Ptholo-
 mai, & omnium fermè aliorum Astrologorū obseruationes sup-
 putato, Indos à singulis cœli domicilijs atq; longitudinibus siue lo-
 cis planetarum fuisse solitos diducere . 8 . gradus: totidem enim peras
 grauerat octaua sphaera contra motum primi mobilis ad ætatem usq;
 Claudij Ptholomæi: & hoc quatenus erigerent figurã octauæ orbis
 quippe qui per illam futuros euentus uaticinabantur.

¶ Nostra autem tempestate anno scilicet christianæ liturgiæ .
 1545 . presupposito q̄ . x . sphaera sit primum mobile: si uolueris sup-
 putare figuram cœli sub Zodiaco . 9 . sphaeræ: ab illis . 12 . domicilijs: sine
 gulisq; partium locis sigillatim diducito gradus . xi . M . 15 . ferè .

¶ Sin libuerit tibi erigere schema cœlicum per . 8 . sphaeram diducito
 gradus . 20 . & ita ad amussim supputasti schema . 9 . & . 8 . orbis:

Hbrahami uerba.

¶ Hjs prædicto modo figuratis primo considerandum occurrit an
 natus habiturus sit nutritionē: que est quattuor annorum secundum
 Astronomos . Qui anni attenduntur iuxta quattuor signa cardinalia
 quattuor elementis similia.

¶ Primum enim annum iudicat oriens.

¶ Secundum uero annū dijudicat secundū ab oriente signum: Tertium
 uero Tertium: Quartum . 4 . ut in sequenti figura patebit exemplo .

Anni nutritionis:

Anno. 2. affligetur, si. 3. in .3. & sic de inceptis ad calcem. 12. annorum, hoc sepius in multis genituris experimento comprobauimus fuisse uerissimum.

Abrahami Iudaei scripta.

A N N O S Nutritionis qui sunt. 4. in. 3. partes diuidendos fore re necessum est: quum unicuique annus unus cum tertia anni parte contengat, primus dominus triplicitatis primum annum cum .3. parte sequentis anni diuidicabit, quid puerulo euenturum sit secundus uero dominus duas reliquas cum duabus tertijs anni

Tertius quod reliquum erit pro statu suo.

Triplicitates. 4.

1	Ignea	♄	♃	♂	☀	♆	♁
2	Terrea	♄	♃	♂	♀	♁	♂
3	Aeria	♄	♃	♂	♁	♆	♆
4	Aquea	♄	♃	♂	♀	♂	♁

¶ Primum quoque nutritionis annum, primae domui ascribendum, secundae secundum, tertiae tertium, quarte quartum, & si in aliqua aliarum domorum fuerit maleficus planeta: in anno illo domui ascripto natus infirmitatem patietur cuius mortis qualitatem per planete qualitatem perpendere poteris.

¶ Tempus quoque infirmitatis hoc pacto cognosces: & perpendere poteris

¶ A principio domus in qua reperietur planeta, uide per quot partes seu gradus equales distiterit ipse planeta: & pro singulis gradibus duobus tum dimidio: tribue unum mensem, & pro singulis gradibus. 12. dies.

¶ Ex ijs autem de quibus in. 6. domo racionabimur: membrum illud passurum cognoscetur.

AD Huius rei notitiam gradus oriens in spiciendus est: an alius quis Planetarum ipsum respiciat secundum domorum distinctionem, uel secundum gradus æquales.

¶ Si aspectus ille fuerit Iouis, uel Veneris, uel Mercurij fortunati, uel Solis, aut Lunæ, uerum atq; bonum testimonium habebis.

¶ Si Planeta respiciens fuerit in aliquo .4. angulorum, nisi concretus: hoc est: combustus, uel retrogradus fuerat. Hoc ita contingat falsum erit testimonium.

¶ Si uero aliquis prædictorum Planetarum nec combustus neq; retrogradus fuerit horoscopum respiciens fueritq; dominus, 6. uel 8. aut 12. domus dimidium testimonium habebis bonum.

¶ Quod si Luna in prima domo fuerit: unum habebis testimonium perfecte malum.

¶ Item si ♃. uel ♄. non infortunatus, fuerit in aliquo .4. cardinum testimonium erit non bonum sed perfecte malum.

¶ Si aliquis horum trium fuerit dominus alicuius angulorum dimidium testimonium habes malum.

¶ Item si planeta beneficus fuerit in prima domo dederitq; uim suam planetæ malefico. 8. domus, domino hoc erit testimoniū perfectæ malū

¶ Luna, uel aspectus eius cum planeta benefico in aliquo angulorum bonum prestat testimonium. Cum planeta malefico malum testimonium perfecte.

¶ Si uero in nona domo, uel tertia, quartam testimoniij prebet.

¶ Si uero fuerit cum planeta benefico in sexta, uel duodecima domo nullius est testimoniij: Ibidem tamen cum planeta malefico testimoniū perfecte malum prebet.

¶ Item si Luna fuerit in superiori hemispherio dederitq; uim suam planetæ existenti in inferiori hemispherio quocunq; modo testimonium perfecte malum.

¶ Si uero Luna in inferiori Hemispherio fuerit: uimq; suam dederit planetæ benefico quocunq; aspectu, uel planetæ benefico per aspectū
bonum

bonum testimonium perfecte bonum erit.

¶ Consideranda etiam est adunatio hoc est coitus: cum aliquo planeta scilicet an uterq; latitudinem habeat, aut alter tantum, aut neuter. Si ambo in Zodiaco fuerint, aut latitudinem habuerint: sed equelem, & in eadem parte testimonium perfectum est, secundum qualitatem planetæ qui D fuerit coniunctus.

¶ Si autē alter in Zodiaco fuerit, alter uero ex utralibet parte latitudinem sed paruam habuerit aut ambo ex utraq; parte, latitudo tamen unius maior fuerit latitudine alterius, minuitur testimonium secundum quantitatem latitudinis.

¶ Si uero latitudinem ex diuersis partibus habuerint nullum testimonium erit.

¶ Si uero Luna ex opposito aliquem planetam respexerit habueritq; cum ipso equelem latitudinem et ex diuersis partibus, testimonium perfectum.

¶ Si autem ex una parte fuerit uterque licet latitudo sit equalis nullius sunt testimonij Si autē alter in Zodiaco fuerit alter latitudinē habeat, uel ambo latitudines inequales, & in diuersis partibus habeant, minuitur testimonium.

¶ Si uero Luna aliquem planetam ex tertio, uel sexto respiciat, & alter in Zodiaco fuerit alter extra, parum diminuitur testimonium.

¶ Si ambo latitudinem habeant, uel ex diuersis partibus, uel ex eadē dimidium est testimonium.


¶ Si Luna ex quadrato aliquem planetam respiciat, siue uterq;, uel alter, uel neuter latitudinem habeat, testimonium perfecte malum.

¶ Si Luna à ☉ minus quam duodecim gradus distat perfecte malum testimonium.

¶ Si uero ex quadrato, uel opposito Solem respiciat dimidium testimonium malum.

Si ex tertio, uel sexto bonum testimonium perfectæ.


Si Luna adunata fuerit Saturno, uel in aspectu Saturni, fueritq; ipsa inter adunationem, & oppositionem eius, & Solis, Saturni maliciam diminuit.



Sin celum et plenilunium




C



Si autē inter oppositionē, & adunationē fuerit, eius maliciam auget.
 Si uero adiūcta Marti, uel in Martis aspectu fuerit ē conuerso acci-
 det in quod Saturno.

equatoris

Si Luna, & aliquis altiorum planetarum fuerit indiuerforum signo-
 rum gradibus a linea equinoctiali equidistantibus, uel in fine adextra,
 uel in fine a sinistra testimoniū perfectū secundū planetæ qualitātē.
 Si in domo sexta Luna fuerit etiam absq; omni aspectu testimonium
 dimidium malum.



Si Leo, uel Sagittarius, uel Aquarius oriens fuerit omnia testimonia
 præfata perfecta dimidiabuntur in eadem qualitate tamen permas-
 nentia.

A B R A A M I

Almutes

Potissimum uero omnium testimonium est, ut consideremus statū
 planetæ supra totum circulum signiferi potestatem habentis.
 Quem Sarraceni Almutes dicunt: eius enim testimonium pro qualis-
 tate sui status omnibus alijs simul acceptis equipollet. Hunc autem
 sic inuenies: Sciendum ergo q̄ loca principalia. s. sunt: unus ☉. alter
 D. Tertius est locus adunationis hoc est nouilunij: uel oppositionis
 scilicet plæni lunij, utracunq; harum natiuitatem precesserit.

Almutes
reperire.



7. 8.

Ascendens



Hic autem dissentiunt sapientes quando enim oppositio natiuitatē
 precesserit. Dubitant an locus. ☉. an locus. D. sit accipiendus tertius

Ptholomæus autem affirmat semper locum eius qui superius He-
 mispherium in oppositione obtinuerit: tertium fore capiendum. Her-
 mes item, & Dorocæus asserunt. 3. ponendum esse locum super-
 rius Henupherium tenentis in natiuitate, indi tamen tertium ponens
 dum esse asserunt: locum D in hora oppositionis semper. Quibus cō-
 entiunt Messalla, & sapientes sarracenorum: quibus, & ego. Quar-
 tus gradus orientis. Quintus ☉ fortunæ pars, quæ secundum Ptho-
 lomæum semper tam de die quam de nocte sumenda est a ☉ ad D.

Computa quōt uirtutes habeat quilibet planetarum in hys. s. locis
 enarratis, & in loco in quo est, & in die, & hora natiuitatis, & da do-
 mino domus. s. uirtutes: Domino honoris sue altitudinis. 4. Domino
 triplicitatis (quicunq; horum fuerit). 3. Domino termini. 2. Domino
 faciei unam.

saneta

¶ Siquis præterea fuerit in domo prima

I. Da ei uirtutes.	12
Existenti in 10.	11
In septima	10
In quarta	9
In undecima	8
In quinta	7
In secunda	6
In nona	5
In octaua	4
In tertia	3
In duodecima.	2
In sexta.	1
Domino diei	7
Domino hore	6

¶ Planeta igitur qui plures habuerit dignitatis, ille erit Almutez hec est uincens.

LUCAS GAURICVS.

ALMUTEZ Barbaricum uocabulū est
Atla uocant Graij quæ cuncta negotia rerum
in genera, & partes bis sex diuisa coercent,

¶ Vti cecinit M. Manilius Senator Romanus, & Poeta eminentissimus, & dicitur Atla siue Almutez planeta uincens. Qui habuerit plures dignitates siue prerogatiuas essenciales in .5. locis ut a pote. ☉ D horoscopi. ⊕ partibus fortunæ, quin etiam noui lunij aut plenilunij precedentis diem natalij thematis.

¶ Iuxta uero Manilij uatis cœleberimi, qui grecorum uestigia sectatus batur ille planeta nuncupatur. Atla qui in genera hoc est generatim & bissex partes siue gradus in .12. cœli domicilijs plures habuerit dignitates essenciales, & accidentales.

C ij

¶ In Signis 12. Generatim.
Partibus. Particulatim.

Dignitates			essentiales.		
Domus.	Exaltatio	Triplicitas .	1	2	3
♈	♈	♈ ♀ ♀	♈	♈	♈
♉	♉	♉ ♀ ♀	♉	♉	♉
♊	♊	♊ ♀ ♀	♊	♊	♊
♋	♋	♋ ♀ ♀	♋	♋	♋
♌	♌	♌ ♀ ♀	♌	♌	♌
♍	♍	♍ ♀ ♀	♍	♍	♍
♎	♎	♎ ♀ ♀	♎	♎	♎
♏	♏	♏ ♀ ♀	♏	♏	♏
♐	♐	♐ ♀ ♀	♐	♐	♐
♑	♑	♑ ♀ ♀	♑	♑	♑
♒	♒	♒ ♀ ♀	♒	♒	♒
♓	♓	♓ ♀ ♀	♓	♓	♓

Dignitates 3.

4. Secundum Ptholomeum.

Dignitates 5. Fines siue termini planetarum in 12. signis.

♈. 6. ♀	14. ♀	21. ♀	26. ♂	30. ♀
♉. 8. ♀	15. ♀	22. ♀	26. ♀	30. ♂
♊. 7. ♀	14. ♀	21. ♀	25. ♀	30. ♂
♋. 6. ♂	13. ♀	20. ♀	27. ♀	30. ♀
♌. 6. ♀	13. ♀	19. ♀	25. ♀	30. ♂
♍. 7. ♀	13. ♀	18. ♀	24. ♀	30. ♂
♎. 6. ♀	11. ♀	19. ♀	24. ♀	30. ♂
♏. 6. ♂	14. ♀	21. ♀	27. ♀	30. ♀
♐. 8. ♀	14. ♀	19. ♀	25. ♀	30. ♂
♑. 6. ♀	12. ♀	19. ♀	25. ♂	30. ♀
♒. 6. ♀	12. ♀	20. ♀	25. ♀	30. ♂
♓. 8. ♀	14. ♀	20. ♀	26. ♂	30. ♀

Decani siue facies.

	10	20	30	
♈	♈	♈	♈	♈
♉	♉	♉	♉	♉
♊	♊	♊	♊	♊
♋	♋	♋	♋	♋
♌	♌	♌	♌	♌
♍	♍	♍	♍	♍
♎	♎	♎	♎	♎
♏	♏	♏	♏	♏
♐	♐	♐	♐	♐
♑	♑	♑	♑	♑
♒	♒	♒	♒	♒
♓	♓	♓	♓	♓

Dignitem. I.

Quoniam antiqui de natiuitatibus tractantes secundum ordinē domorū procedere consueuerunt, & non secundum ordinem naturalem à Ptholomæo in libro. 4. capitulorum obseruatum, & nos antiquorum uestigia insectantes eodem ordine procedemus.


Abrahami
Iudei.



In libro. 4. apo
p̄phetelesmarū

In primis ergo de anima, & eius affectibus atq; corporis complexionē, & uitæ quantitate rationabimur.

Prima do

Ad iudicandum ergo de anima nati, primo statum Mercurij considera qui si fuerit occidentalis, à Sole nec sub luce, seu radijs eius (nisi in .Υ. uel. ♄) nec retrogradus, & in aliquo. 4. angulorum fortis, & bene affectus animam nati magnanimam fortem famamq; fortitudinis, & liberalitatis indicat, & natum ostendit debere esse, Astronomum si occidentalis fuerit in domo Solis, Mercurius enim occiduus in. ♄. Facere consuevit Astronomos





 Precedentes Orientales.
 Sequentes Occidentales. Sunt

Mercurius autem orientalis \odot . \otimes fortis cum sapientia manualium operum periciam indicat precipuam, si cum D . uel in domicilio D . utpote. S . fuerit, \otimes si in signo mobili sermonis, \otimes operis denotat inconstantiam, in signo autem stabili, seu fixo constantiam.

Si in bicorporeo denotat natum fore duplicem aliud in ore, \otimes aliud in corde habentem.

\otimes
 Item si Mercurius fuerit in domo casus, siue in cadentibus ab horoscopo domicilijs subtilitatem, sine fama significat.

Si uero fuerit in succedentibus ab angulis mediocrem, significat in suis negocijs, uerum si fuerit in aliqua suarum domorum utpote in II . aut III . liberalium artium scientiam portendit. At si fuerit, in aliqua domorum Saturni, uel ex \ast . uel Δ . intueatur ubicunq; exierit Philosophos, \otimes oratores facere consuevit, \otimes rerum altissimarum \otimes diuinarum indagatricem.

Sed si fuerit in aliqua domorum V . uidelicet. H . uel. K . uel eum quocunq; modo respexerit animam nati beneuolam largam, et legum amatricem denotat.

Si in domo. G . Y . uel. S . aut in quolibet eius aspectu animam maleficam, \otimes de omnibus male suspicantem: si in Scorpione, uel aspectu. G . \square . uel $\circ\circ$. \otimes D . utrumlibet horum respexerit alianarum rerum raptozem cum fraude, \otimes latronem significat.

Ptholomeus Enunciato. 38.

Q VV M . \otimes in altera domorum. K . constitutus atq; potens fuerit coniecturarium nato dat intellectum ac rerum scrutationem, in Martis. G . uero domo, \otimes presertim in. Y . facundiam.

Abrahami Iudæi.

S I . \otimes \odot . minusquam. 16. minutis distiterit, uel in domo. \odot exierit Physicos, uel Astronomos facere consuevit.

¶ Si fuerit in aliqua domorum. ♀. uel ei alligatus, seu coniunctus fuerit aut eam de. ✱. aspexerit nati animam faciet musicæ appetitiuam.

¶ Immo ♀. retrocedens cum. ♀. claros musicos facit. Dixit, Ptolemaeus, si. ♀. ☿. ☽. se inuicem respexerint animam rediget naturalium affectuum dominatricem dicta, ☿ facta omnia cum ratione moderantem. Si neuter alterum nec orientis cardinem respexerit omnia contraria significat, facitq; ita genitos demoniacos, ☿ malignos.

♀ ♀ ♀

Si alterum dumtaxat contigerit nunc ordinate nunc perturbate omnia prædicta administrabunt.

Si ♀. fuerit sub luce. ☼. uel cōbustus nō pluribusquam. 16. Minutis distans a. ☼. nisi sit receptus a. ☼. in signo. ♄. aut. ♃. animam debilem, ☿ pavidam indicat: etiam si in aliqua suarum domorum fuerit aut. ♃. natum denotat euasurum sapientem nihilominus paruam denotat scientiam si fuerit retrogradus perfidum.

¶ Dixit Ptolemaeus considera planetā q̄ fuerit Almutez sup locū ☽. ☿ supra locum. ♀. Per hunc enim facilius scire poteris qualitates animæ secundum naturam planetæ Almutez, ☿ proportionem eius ad Solem, ☿ ad angulos. secundum uirtutem planetarum eum respicientium, uel qui erunt cum eo alligati in natiuitate, ☿ secundum signum in quo est, cum omne signum uirtutem domini sui habeat. Dico autem si Almutez habet aliquam uirtutem in oriente, ☿ dominus sit horæ debes miscere naturam domini orientis, uel planetæ existentis in oriente cum uirtutibus Mercurij, ☿ Almutez.

¶ Dixit Messahala: signa ignea: signa regum sunt sublimium animarum demonstratiua. Dico tamen naturam igneorum pro qualitate domorum suorum uariari: Si enim aries oriens fuerit martis naturam habebit bellicosus, uerbosus discordiarum seminator, ☿ hec intendentur, ☿ remittentur secundum debilitatem, uel fortitudinem martis habitam in natiuitate, ☿ secundum Aspectum planetarum ad martem.

♄ ♃ ♃

Quod si Iuppiter in natiuitate Arietem tenuerit nec cōbustus: nec retrogradus, ad fidei, ☿ religionis obseruationem natus alios inuitabit. Si Leo in oriente fuerit, aliquod sublime dominium scilicet super alios appetentem: laborem operum exosam indicat. Si Iuppiter in eo

♄ ♄ ♃

extiterit à Sole orientalis, & sit quinte dominus bonos filios habiturum denotat.

¶ Item si est dominus octave longam uitam, si uero ibidem Mars fuerit iracundum bellicosum: longas uias profecturum, si fuerit dominus none, & secundum fortitudinem, uel debilitatem Martis in natiuitate ea quæ confert Mars intenduntur, uel remittentur.

♂

¶ Et notandum quod in omni natiuitate Mars ire indicatiuus est. Sed si fuerit in signo igneo, maior erit iracūdia quam in aquatico & in signo humanam formam habente: sanguinis humani effusor erit.

♄

¶ Saturnus quoq; in omni natiuitate sollicitudinis, & tolerantie laborum significator est.

☀

¶ Solis uero appetitus honoris: & potestatis

♀

¶ Venus appetit mulieres ludos: & conuiuia potationes, & his similia.

☿

¶ Mercurius sapientiam: & opera sententiarum, & magis si fuerit occidentalis à Sole.

♃

¶ Iuppiter fidem firmam, & appetitum pecunie.

♁

¶ Luna uero uirtutes naturales, & cōplexionem corporis indicat.

Notandum

¶ Et notandum complexionem corporis perfecte sciri posse, & per naturam signi in quo est Luna, & proportionem Lunæ ad Solem. Et naturam planete respicientis, uel Lunam, uel orientem: uel utrunq;.

¶ Pulchritudinem uero per horum trium figuras, orientis scilicet, & signi in quo est Almutē: & signi in quo est Luna perfecte scies.

♊ ♍ ♎

¶ Signa uero pulchritudinis, sunt Gemini: Virgo, Libra, & prima medietas Sagittarij.

♏ ♐ ♑

¶ Signa autem mediocris pulchritudinis, sunt Scorpius Capricornus Pisces. Quod si Almutē fuerit in ecliptica absque latitudine macrum ita genitum pretendit.

Planetarum latitudo magna obesos facit
Latitudo parua et Australis macilentos.

¶ Sin extra eclipticam fuerit, per quantitatem latitudinis: pinguedinem dijudicato

¶ Si aliquod signorum recte ascendentium in horoscopo fuerit atq; in eo ♁ uel Almutē significat maiorem pinguedinem. Sed hec augetur, uel diminuuntur respectu patriæ, & parentum.

Notandum

♂

Per

¶ Per dominum horæ, & per planetam existentem in orientis cardine: uel qui eūdem orientem respexerit colorem nati dijudicare poteris.

Nunc de uita dicendum.

SI Natiuitas diurna fuerit, uide locum Solis: & Si inueneris eū, uel in decima, uel in undecima secundum partitionem domorum, Sol Hylech erit, quod mulier interpretatur: siue in Masculino siue in Feminino signo fuerit. Quod si aliquis planetarum qui potestatem habet super locum solis: solem respexerit: ille planeta erit Alcochoden quod maritus interpretatur.

Hylech uxor.
Alcochoden
uir

Quod si plures planetae solem aspexerint. De illis sume Almute. Si uero nullus planeta solem respexerit, fac ut docebo postea.

Quod si sol fuerit in nona domo, uel in septima: & in signo masculino pone solem Hylech, & uide si poterit habere Alcochoden.

¶ Si uero in prædictis domibus nona scilicet, uel septima, & in signo feminino fuerit, uel in alijs domibus, non ponas eum Hylech.

¶ Quod si Sol non est Hylech, uel est Hylech sed non habet Alcochoden. Vide locum Lunæ si fuerit in domo septima siue in masculino siue in feminino signo pone eam Hylech. Similiter si fuerit in decima, uel in undecima, & in signo masculino, uel feminino.

¶ Et notandum quod in alijs domibus. 8. 9. 12. superius hemisphaerium tenentibus, luna Hylech esse nequit.

¶ Item si luna fuerit in prima domo, uel tertia, siue in signo masculino: siue feminino, uel in quarta, uel in quinta: & in signo feminino pone eam hylech: si autem in signo masculino, uel in alia domo inferioris Hemisphaerij non ponas hylech, quod si lunam hylech inuenieris, uide si habeat Alcochoden an non, si non habet Alcochoden: uide si natiuitatem precesserit adunatio, uel oppositio Solis: & Lunæ: si adunatio precesserit, & si gradus adunationis fuerit in aliquo angulorum, uel in domo quæ est post angulum: illum gradū pone hylech, & uide si habeat Alcochoden.

coitus uel plenilunium

¶ Si oppositio Solis, & Lunæ natiuitatem precesserit, sume gradum

D

merus annorum sibi ascriptorum numerum dierum significat, tantū.
¶ Si Alcochoden retrogradus fuerit, & inter primam stationem, &
oppositum, deme unam quintam reliquum uitæ ascribens: & hec est
propositio Albumassaridis de qua scheden eius discipulus in libro suo
mentionem fecit.

¶ Si Sol, uel Luna hylech fuerit bonoq; aspectu Alcochoden suum
respexerit addendus est, numerus minorū hylech: Annorum numero
Alcochodē, sed si respexerit eū ex quadrato uel opposito nec Addas
nec detrahas aliquid de numero Alcochoden.

¶ Si Mars, uel Saturnus ex quadrato, uol opposito Alcochoden suum
respexerit, uel Mercurius infortunatus, uel ex quadrato, uel opposito
suum Alcochoden respexerit minimos annorum respicientis ab ānis
sibi propositis deme. Cum uero aliquis horum trium ex tertio: uel sex
to respexerit nec minue nec adde. Iuppiter, Venus, Mercurius, fortu
nati quocunq; modo suum Alcochoden respexerint respiciētis mi
nimos annorum adde Alcochoden annis.


¶ Si planeta sit alcochoden qui inferior existens superiori planetæ
alicui uim suā dederit superior erit Alcochoden, uitaq; nati erit secun
dum hoc quod ille Alcochoden fuerit in Angulo: uel post Angulum
insuccedenti, uel in domo cadente uita nati erit secundum planetas
ipsum respicientes.

¶ Dixit Ptolemeus uide planetam qui super quinque loca principalia
fuerit Almutez: & illum pone Alcochoden: Ptolemeus, & omnes
antiqui in hoc concordant quod ea quæ diximus de Alcochoden ad
ueritatē prope accedūt. Veritas autē sic se habet, duc, idest, dirige hy
lech usq; ad locum corruptionis uitæ: qui semper est propinquus an
nis quos ostendit Alcochoden ante, & retro secundum annos Alco
choden quod si feceris ductus idest directiones cum gradibus equali
bus, fac quoq; aspectus cum gradibus equalibus: si feceris ductus idest
directiones cum ascensionibus terræ, uel cum ascensionibus circuli re
cti: uel mixtis fac aspectus planetarum secundum partitionem domo
rum, qui modus ducendi melior, & ualentior est.

¶ Nunc autem loca corruptionum uitæ exponemus.

D ij

Annis minoribus
Alcochodem



corruptoris .i.
interfectores
qui sunt.



interfectores

quando Luna p
uenerit ad horo
scopum interi
micitur.

¶ Gradus oriens uitam corrumpit, si luna est hylech, si gradus oriens e
hylech luna uitam corrumpit, principium quoq; quartæ domus uitam
corrumpit principium similiter septimæ domus

¶ Si hylech fuerit in septima, uel nona, retro contra successione fiat
directio.

¶ Locus quoq; Solis: & quadratum, & oppositum: locus item opposi
tus loco domini octauæ siue planeta sit fortunæ, uel infortunij: Caput
quoq; & cauda draconis luna existente hylech, Saturnus quoq; &
Mars, & Mercurius non fortunatus, scilicet loca horum, & quadra
ta, & opposita uitam corrumpunt: Eorundem aspectus ex tertio, &
sexto, si aliquis horum dominus fuerit sextæ, uel octauæ, uel duodeci
me, similiter termini horum, si planeta beneficus respexerit terminos
eorum quocunq; modo, uel Sol, uel Luna extrino, uel sextili morbo quis
dem graui affligetur non tamen uita priuabitur natus, locus quoq; al
debaran humerusq; canis, & cor Scorpionis, cor Leonis caputq; dia
boli quod est in Tauro, ubi etiam sunt Pleiades.

Hilech, & Alcocoden reperire.

LV. GAV.

¶ In natalis cuiuspiam themate per diem. ☀ . reperiatur in do
micilijs cæli. 9. 10. 11. 1. 7. in quolibet signo precipuæ ma
sculino potest esse Aphetæ siue (ut Arabes inquit) hilech id est da
tor uitæ, & si quispiam planeta habuerit aliquam dignitatem essen
tialem in loco ☀ . & irradians locum ☀ . erit Alcocoden hoc est
dator annorum.

¶ In nocturna autem genitura ☀ . sole sub terris supputato: Si ☀ .
reperiatur supra terram in aliquo ex dictis quinque cæli domicilijs,
ipsa hilegiam dignitatem sibi uendicabit.

¶ Meo autem iudicio, & Arabum experimentis atq; obseruationib⁹
luminaria sub Hemispherio inferiore utpote in. 2. 3. 4. 5. domo
possunt esse hilech & planeta habens aliquam prerogatiuam in di
ctis. 5. domibus erit Alcocoden.

¶ Quamquam Claudius Ptholemeus iusserit. Quatenus luminaria sub

contra Pthole.

terris Apheticam siue hilegialem prerogatiuam sibi uendicare ne
 queant quod quidem ego affirmare non ausim.

¶ Vidi enim in mille propemodum genituris plurimos qui habuerunt
 utrunq; luminare, & reliquas. Scerraticas stellas sub terris fuisse lon
 gioris uitæ quam eos qui habuerunt in superiori hemispherio.

¶ Planetae igitur Alcochodeam potestatem sibi uendicantes suppu
 tati in cardinibus geniturarum nato portendunt annos maiores, In
 succedentibus medios: in cadentibus uero minores. Videlicet.

	Maiores.	Medij.	Minores.
♄	57.	43. 6.	30.
♃	79.	45. 6.	12.
♂	66.	40. 6.	15.
☀	120.	69. 6.	19.
♀	82.	45. 0.	8.
♁	76.	48. 0.	20.
♂	108.	66. 6.	25.
	Anni.	Ani. Me.	Anni

De domo. 2. quæ est pecunie rerumq; mobilium.

HIC Dicemus de proprietate, & felicitate in quo tēpore suo
 rum Annorum contingat. Primo Iuppiter considerandus, Si
 hic fuerit in aliquo Angulornm, uel post Angulum, & orientalis a
 Sole, & potestatem habens super Orientem natum diuitiarū posse
 sorem significat.

Aphetica pr
 gatiu

Handwritten notes and diagrams in the right margin, including a large triangle with lines and some illegible text.

Handwritten note: *do m*



Hec figura ostendit natum possessiones multas: & magnificas aedes habiturum quoniam. ♃. Orientalis in imo caeli, & horoscopo potestatem habens est in Orientis cardine: et propria domo: bene affectus.

¶ Si Dominus. 2. domus fuerit in prima domo fueritq; fortunatus: sine labore diuitias possidebit, & per naturam illius planetae poteris scire, unde diuitiae futurae sint. Vt si Sol fuerit nato illi per potestatem idest patrocinio potentiorum diuitiae contingent. Si Mars per bella, uel per latrocinia. ¶ Si Saturnus ex hereditate mortuorum. ¶ Si Iuppiter ex fide: uel ex magistris fidei. ¶ Si Venus ex parte mulierum. ¶ Si Mercurius ex sapientia, uel ex mercatura. ¶ Si Luna ex operibus manuum, uel per itinera.

♁ ♃
♄ ♃
♀ ♃
♁ ♃

Quod si dominus ille non fuerit fortunatus eumque planeta maleficus respexerit, totam illam pecuniam amissurus est. ¶ Si dominus secunda ubique fuerit vim suam dederit domino prima dominusque, prima in aliquo angulorum fuerit nec combustus, nec retrogradus multam, et sine labore pecuniam possidebit.

¶ Dixit Alchindus uide Almutez super domum secundam, et super partem fortunae, et super locum Iouis, et secundum statum illius iudicabis. Dico autem respiciendum fore semper ad tres dominos triplicitatis signi loci Solis, si natiuitas diurna fuerit. Si uero nocturna ad tres dominos triplicitatis signi in quo est Luna, siue alteruter horum fuerit hylech siue neuter, et secundum status illorum trium de tribus partibus uitae iudicabis, prima enim pars uitae domino primo triplicitatis: Secunda domino secundo, tertia domino tertio dedicatur et hoc secundum naturam cuiusque eorum, et secundum proportionem ad solem, et ad alios planetas, et secundum uim domus, et signi in quo est, et secundum proportionem domorum eius ad primam domum. Si sol in Angulo existens vim suam domino orientis dederit fortuna magna, et laudabilis erit: similiter si dominus orientis vim suam Soli existenti in Angulo dederit, uel si planeta fortunae fuerit in oriente aut cum domino orientis, et non in domo casus, uel si pars fortunae fuerit in oriente dominusque partis fortunae eam respiciat, uel mercurius in oriente vim suam benefico planetae in angulo existenti dederit, uel si dominus decimae in oriente exiterit eumque, nec combustum nec retrogradum planeta beneficus respiciat, uel si ♃. Iuppiter in domo undecima fuerit directus dominus orientis, uel loci solis in die uel loci lunae in nocte, uel dominus gradus adunationis, uel oppositionis quae natiuitatem precessit, uel si Venus in domo quinta, si in domo prima potestatem habens, uel si beneficus planeta dominus, quartae in prima domo fuerit, uel si Venus Iouem respexerit in domo, decima uel undecima: uel prima, uel quarta, uel quinta existentem, uel si luna, Solem benigne respiciat, neutro eorum in domo casus existente, uel si Sol in die, uel Luna in nocte fuerit in domo sui honoris non infortunatus in oriente potestatem habens.

Alchindus.

Dico autem si, aliquis superiorum trium orientalis fuerit à Sole, uel aliquis inferiorum occidentalis, uel ille superiorum ultra. 15. gr. à Sole, uel infra. 90. & ille inferior ultra. 15. gr. usq; in finem. 3. signorū, & 22. graduum quæ est portio eorum recta, siue sit planeta beneficus, siue maleficus, & si fuerit in angulo decernit potentiam honores, & magnas diuitias, si uero fuerit post angulam hoc est in succedentibus mediocres decernit opes, si in cadentibus minores. Differentia tamen est inter planetam beneficum, & maleficum, siquidem per maleficum diuitiæ euenient cum labore, & timore, per beneficum uero absq; labore. Et si planeta habuerit potestatem in horoscopo, uel fuerit dominus ascendentis natus Acquiret diuitias sua prudentia, & propria industria, si dominus secundæ per pecunias suas, & commutationes diuitias cumulabit. Si dominus terciæ à fratribus lucra aduenient aut ex rebus ecclesiasticis aut in itineribus extra patriam diuitiæ crescent ac fiet copiam maior.

Albumassar

Hermes.

Messalla.

Dixit Albumassar, siue Aboassar q; pars fortunæ indicat supra primam medietatem uitæ, eius uero dominus supra residuum, seu reliquam partem uitæ. Dixit Hermes planetæ existentes in superiori Hemisphærio, siue sint boni siue mali super primam medietatem uitæ iudicant. Qui uero in Hemisphærio inferiori supra secundam. Dixit Messalla planetæ Orientales à Sole super primam medietatem Occidentales super secundam indicant. Veritas autem sic est, planeta qui fuerit in primo cœli angulo utpote in horoscopo, uel fuerit eius dominus indicat primam quartam uitæ. Qui uero fuerit in secundo angulo hoc est in decima domo, uel fuerit dominus decimæ denotat secundam, quartam uitæ. Qui uero in septima domo, uel eius dominus tertiam. Qui in quarta domo, uel dominus eius postremam quartam. Si planeta qui fuerit in aliquo angulorum esset orientalis à Sole indicabit primam medietatem, quartæ sibi à scriptæ. Si occidentalis secundam medietatem eiusdem, quartæ uitæ.

Dixit Ptholomæus.

☾ Luna indicat. 4. primos Annos MULTICOTUS.

nutritionis.

Anni

☽	4.
♀	14.
♀	22.
☼	41
♂	56.
♂	68
♁	98.

Domini ætatum.

☽	4.	Infantia
♀	14.	Pueritia.
♀	22	Adolescētia.
☼	41	Iuuentutis .
♂	56	Virilitatis
♂	68	Senectutis .
♁	98	Decrepitatis
☽	102	Infantia.

☾ Dixerunt sapientes, Per jarum alio pacto tempora uitæ distribuētes, si natiuitas diurna fuerit, Soli primos annos tribuenbant (quos frigidarios uocitabant) ☼ 10. ♀. 8. sequentes. ♀. 13. ☽. 9. ♁. 11. ♂. 12. ♂. 7. ♂. 3. ♂. 2. Et hi omnes sunt 75. anni

Quod si uita nati ulterius protenderetur sequentes annos prædicto ordine iudicabant per prædictos annorum numeros.

Fridarie Anni.

☼	10.	☽	9.
♀	8.	♁	11.
♀	13.	♂	12.
☽	9.	♂	7.
♁	11.	☼	10
♂	12.	♀	8.
♂	7.	♀	13.
♂	3.	♂	3.
♂	2.	♂	2.
<hr/>		<hr/>	
75		75	

Alfridarij . Anni.

Anni Menses Dies.

☼	1.	5	5
♀	1.	1	22
♀	1.	10	9
☽	1.	3	13
♁	1.	6	26
♂	1.	8	17
♂	1.	0	0

Die

nocte

E

2. 20 May

¶ Si uero natiuitas nocturna fuerit. D. primos Annos iudicabit. 9.
 Deide. ♄ 1 1 & c. In sup̄ qlibet prædictarū partitionū p. 7. diuiserūt
 primā septimā domino illius partitionis ☼ attribuentes secunda
 uero septimā ipsi, & planetæ 3. ab eo secūdū ordinē planetarū & c.

Per diem						
	An.	Me.	Di.			
☼	1.	5.	5.	☽ ☼	37.	5. 5.
☼ ♀	2.	10.	9.	☽ ♀	38.	8. 17.
☼ ♀	4.	3.	13.	☽ ♀	40.	0. 0.
☼ ☽	5.	8.	17.	♄	41.	6. 26.
☼ ♄	7.	2.	22.	♄ ♀	43.	1. 22.
☼ ♀	8.	6.	26.	♄ ♂	44.	8. 18.
☼ ♂	10.	0.	0.	♄ ☼	46.	3. 14.
♀	11.	1.	22.	♄ ♀	47.	10. 16.
♀ ♀	12.	3.	13.	♄ ♀	49.	5. 6.
♀ ☽	13.	5.	4.	♄ ☽	51.	0. 0.
♀ ♄	14.	6.	26.	♄	52.	8. 17.
♀ ♀	15.	8.	17.	♄ ♂	54.	5. 4.
♀ ♂	16.	10.	9.	♄ ☼	56.	1. 21.
♀ ☼	18.	0.	0.	♄ ♀	57.	10. 8.
♂	19.	10.	9.	♄ ♀	59.	6. 23.
♂ ☽	21.	8.	17.	♄ ☽	61.	3. 10.
♂ ♄	23.	6.	26.	♄ ♄	63.	0. 0.
♂ ♀	25.	5.	4.	♂	64.	0. 0.
♂ ♂	27.	3.	13.	♂ ☼	65.	0. 0.
♂ ☼	29.	1.	22.	♂ ♀	66.	0. 0.
♂ ♀	31.	0.	0.	♂ ♀	67.	0. 0.
☽	32.	3.	13.	♂ ☼	68.	0. 0.
☽ ♄	33.	6.	26.	♂ ♄	69.	0. 0.
☽ ♀	34.	10.	9.	♂ ♀	70.	0. 0.
☽ ♂	36.	1.	22.	♂	73.	0. 0.
				♂	75.	0. 0.

Fridaria hoc est temporaria potestas per noctem.

Anni Men. Di.


Anni Mēses Dies.

☽	1	3	13
☽ ♄	2	6	26
☽ ♀	3	10	9
☽ ♂	5	1	22
☽ ☀	6	5	5
☽ ♀	7	8	18
☽ ♀	9	0	0
<hr/>			
♄	10	6	26
♄ ♀	12	1	22
♄ ♂	13	8	18
♄ ☀	15	3	14
♄ ♀	16	10	9
♄ ♀	18	5	6
♄ ☽	20	0	0
<hr/>			
♀	21	8	17
♀ ♂	23	5	4
♀ ☀	25	1	21
♀ ♀	26	10	8
♀ ♀	28	6	25
♀ ☽	30	3	13
♀ ♄	32	0	0
<hr/>			
♂	33	0	0
♂ ☀	34	0	0
♂ ♀	35	0	0
♂ ♀	36	0	0
♂ ☽	37	0	0
♂ ♄	38	0	0
♂ ♀	39	0	0

☀	40	5	05
☀ ♀	42	10	10
☀ ♀	43	3	15
☀ ☽	44	8	20
☀ ♄	46	1	25
♄ ♀	47	7	0
☀ ♂	49	0	0
<hr/>			
♀	50	1	2
♀ ♀	51	3	13
♀ ☽	52	5	6
♀ ♄	53	6	26
♀ ♀	54	8	20
♀ ♂	55	10	8
♀ ☀	57	0	0
<hr/>			
♂	58	10	9
♂ ☽	60	8	17
♂ ♄	62	6	26
♂ ♀	64	5	4
♂ ♂	66	3	13
♂ ☀	68	1	21
♂ ♀	70	0	0
<hr/>			
♂	73	0	0
♂	75	0	0
☽	76	3	13
☽ ♄	77	6	26
☽ ♀	78	10	9
☽ ♂	80	1	22
☽ ☀	81	5	5

Quindi in 9 partes vitam distribuunt.

Mouena.			Duodenaria		
S.	AD.		S.	AD.	
1	3	20	1	2	30
2	6	40	2	5	00
3	10	00	3	7	00
4	13	20	4	10	00
5	16	40	5	12	00
6	20	00	6	15	00
7	23	20	7	17	00
8	26	40	8	20	00
9	30	00	9	22	00
			10	25	00
			11	27	00
			12	30	00



Quas nouenas appellabant domos quoque per gradus æquales.

¶ Primam nouenam iudicant secundum planetas existentes inter principium. i. 2. domus, & orientem siue gradus horoscopi, uel secundum aspectus in supra dicto spatio interceptos, uel secundum. 12. domos

¶ Et secundum hunc ordinem.

¶ Domus prima. 2. nouenam indicabit. ¶ Secunda. 3. nouenam.

¶ Nouena. 4. in. 3. & nona domo. Nouena. 5. in. 10. sexta in. xi.

¶ Octaua nouena in. 7. domo & c. fit autem iudicium hic secundum planetas in illis domibus existentes et 2. aspectus & dominos earum.

¶ Hæc. 2. domus dicitur domus prosilientis ex insidijs, nam si beneficus planeta in ea reperiatur natus ita inopinato bono gaudebit sin malus, inopinato malo, & bonorum iactura affligetur.

¶ Messahalla dixit, si planeta beneficus non cõbustus neque retro gradus fuerit in. 2. domo, natus erit perpetuo felix, & diues.

Si uero maleficus planeta fuerit in. 2. domo natus uliro, seu sponte sua opes suas, & bona dilapidabit.

¶ Si uero maleficus ille fuerit peregrinus, & male affectus in eadem coeli statione 2. opes amittet ex furto aut uolentia rapinisque martialis seu saturninorum, uel seruorum.

¶ Pars pecunie seu substantie sumitur à loco domini. 2. domus usque ad initium. 2. & illam intercapedinem signorum, & graduum Adde gradibus horoscopi, & uide in qua domorum finitatur dicta computatio, quia ille terminus distantie erit pars pecunie. Quæ si fuerit à beneficis bene affecta diuitie affluent sine labore patrocinio personarum beneficarum in male affecta, à maleficis damna accident, & pecuniarum detrimenta.

De. 3. Domo.

ANTIQVI probauerunt quod ☿ de fratribus iudicat, et cuiusmodi status erit, fratres habebit, & secundum proportionem eius ad orientem, & dominum orientis, fratres eius ad ipsum se habebunt. Dixit doroteus Saturnum planetarum summum de corpore nati iudicare. Iouem uero secundum ab eo, qui, & secundæ domi ordine assimilatur de pecunia, & sic de reliquis.

2. domus

Messalla



Domus

♄	1	8
♃	2	9
♂	3	10
☉	4	11
♀	5	12
♆	6	
♅	7	

5 . uo . m . m .

¶ Martem uero de fratribus, consanguineis, & fratribus uxorū, huic enim domui tertiæ ordine similis est. Solem uero quartum à Saturno quartæ domui similem de patribus: Venerem quintæ domui similem de letitia, & eius adiunctis: Mercurium de seruis, Luna de uxoribus: Saturnus item octauæ domui similis de morte iudicat: Iuppiter nonæ similis de fide: Mars decimæ similis de uictoria, & honore: Sol similis undecimæ de laude, & fama, uenus duodecimæ domui similis de labore & poenitentia uoluptatis præcedentis. Dixit Hermes quod dominus hore natiuitatis, fere æqualem potentiam cum domino orientis habet Dominus uero hore, sequentis de pecunia iudicat: Dominus tertiæ de fratribus, & sic de dominis nouem sequentiū horarum operare usq; ad completionem duodecim domorum: Dixit Ptholomæus, secundum statum Saturni, & Solis in natiuitate de fratribus maioribus iudica. Secundum statum Iouis, & Martis de mediocribus. ¶ Secundum statum Mercurij de minimis. ¶ Secundum statum Lunæ de sororibus, secundum statum Veneris de minoribus. Dixit Adrozagari: dominus primus triplicitatis domus tertiæ super fratres maiores iudicat. Dominus triplicitatis secundus super mediocris: Dominus tertius de minimis: Dixit Zebel: si uis scire an natus sit primo genitus matris suæ: uide an Saturnus est in aliquo angulorum, uel sol in aliquo angulorum in domo sua, uel suo regno idest altitudine trono, uel solio & si dominus orientis est aliquis trium superiorum, & in domo tertia, uel dominus tertiæ, sit aliquis trium inferiorum, & sit in oriente nam si aliquod horum testimoniorum inueneris, iudica primogenitum. Ego autē dico licet hec testimonia sint concurrentia: tamen ea falsa inuenisse sæpius.

Hermes.

Dñs hore

Pthole.

Adruzagar.

Zael



Hec figura ostendit natū esse primogenitum, quoniam 7 dominus ascendentis unus trium superiorū est in 3. domo, eritq; rigidus custos sue legis.

¶ Quando aliquis triū superiorum, & ☀ fuerit in aliquo 4. cardis num natus erit maior natu inter fratres: uel si quis ante eum natus fuerit morti occumbet, & ipse in paterna domo principatum tenebit. Falsum quoq; inueni quod Ptholemaeus in libro quattuor capitulorum dicit: si inueneris solem, & lunam, & orientē in aliquo bicorporeorū uel in plurib⁹ iudica gemellos natos fuisse. Falsum quoq; quod Messa halla dicit: si inueneris partem fratrum in signo bicorporeo natus ita habebit fratres non eiusdem matris, & patris cum eo.

♂
 ⊕ fratrum
 ♃
 ♀
 ♃
 celati ⊕

Probaui etiam de parte fratrum inspiciendum esse locum Martis, & dominum tertiæ domus, & dominum partis fratrum, quæ sumitur de die, & nocte per additionem distantia Saturni ad Iouē, et ad orientē, per statum horum trium scire poteris qualiter fratres sui erga natum se habebunt. Hæc item domus tertia de pericia legum iudicat, & secundum fortitudinem, uel debilitatem Mercurij. Si ipse respiciat hanc domum, uel dominum domus respicientem suam domum de pericia legum iudicium fiet. Si Iuppiter nocte domum tertiam tenuerit, legis suæ rigidus custos erit. Si uero indie apparens, & non existens erit. Pars ascondita quæ nocte, & die sumitur addendo distantiam lunæ ad solem orienti secundum planetas respicientes eam de archanis cōsciētia nati erga deum, & erga homines iudicat, quod si Iuppiter fortis in natiuitate partem illam quocunq; modo respexerit, & deum diliget, & à deo diligetur. Si dominus huius partis retrogradus fuerit simulq; dominus tertiæ, uel nonæ, uel si dominus tertiæ, uel nonæ ex quadrato, uel opposito suam domum respexerit in duodecima existens fidei suæ desertor erit siue parum deuorus.

¶ Item hæc domus est de ujs breuibus, & diuinis secundum planetas respicientes, & secundum dominum eius iudicabis.

De domo quarta.


de domus.

OMNES Antiqui in hoc consentientes domum hanc patri, decimam uero matri ascribunt Ptholomæus autē è cōtrario sentit, indi quartam in die domum hanc patri, decimam matri nocte è cōuerso deputabant. Si domus quarta mascula fuerit est patris. Si uero feminea quocunq; tempore matris est. Hoc autem falsum est nam si quarta mascula est decima quoq; mascula erit. Abrahamus non intellexit hoc dictum: Indi enim dicebant diuētīue si est masculina deputatur patri: si uero feminina matri: ueritas est cui, & hermes, & omnes Indi sapientes consentiunt quod antiqui dixerunt. Poteris per natiuitatem filij, & quantitatem, & qualitatem uitæ paternæ reliqua post natiuitatem perpendere hoc pacto:

Inspice

Inspice quattuor loca quæ de patre iudicant, locum scilicet solis: locum saturni domum quartam, & partem patris, quæ sumitur in die addendo orienti distantiam solis ad saturnum. Nocte a saturno ad solem quod si saturnus sub luce solis fuerit die a sole ad iouem nocte a ioue ad solem sumitur. ¶ Si natiuitas diurna est primo locus solis inspiciendus si est in aliquo angulorum, ex quadrato, uel opposito saturnum, uel marzem respiciens nec iouem ullo modo respiciat breuem uitam patris significat: & secundum numerum graduum interiacentium a sole usque ad alterum predictorum aspectuum quantitas uitæ erit.

⊕. Patris
 ☉. in. ♄.



Hæc figura ostendit breuem uitã patris nati quoniam ☉. aspicit. ☉. de ☐. aspectu.

E

¶ Si autem sol in angulo fuerit, & annullo planeta malefico intueatur & Iuppiter aut uenus ipsum respiciat, uel cum ipso fuerit, uita patris erit proluxa. Cuius quantitatē si scire uolueris, uide si sol fuerit in aliquo locorū supra nominatorum in quibus potest esse Hylech, & si planeta qui super loca quattuor est Almutz solem aliquo modo respexerit ab eo uitæ quantitatem deprehendes, nam si ille planeta qui Almutz est super quattuor prædicta loca est in aliquo Angulorū eius annos mediocres patri tribue: Si non est in aliquo angulorum minimos. ¶ Notandum etiam si sol fuerit Hylech patri, & filio, cum ☉

¶ Secundum directiones per uenerit ad aliquem locorum prædictorū corruptionis, uitæ pater, & filius simul infirmabuntur.

¶ Quod si aliquod trium reliquorum testimoniorum patris eadē hora, & nullum testimoniorum filij illuc peruenerit filio euadente pater morietur, & è conuerso.

¶ Quod si utriusq; aliquod testimonium eodem simul peruenerit. Simul morientur.

¶ Superius etiam diximus non nisi duobus testimonijs habitis iudicandum esse, si sol Hylech patris esse non poterit in natiuitate diurna inspicere saturnum, quod si fuerit in aliquo angulorum, uel in undecima, uel in quinta eum pone, & quere ei Alcochoden: Si est in loco in quo non potest esse hylech, uel in loco in quo est hylech nec habet Alcochoden, sume domum quartam, & uide si aliquis eorum ibi potestatem habens, uel qui maiorem, si plures in ea potestates habuerint, aspectum ad eam habuerit, & ab eo sume quantitatem uitæ: Si non fuerit, uide partem patris: & sume ubicunq; sit, & inspicere: si in illa potens eam respiciat, & ab illo sume quantitatem uitæ quod si patri alcochoden non inueneris, breuis, erit eius uita: Si autem inueneris die seu nocte solem, & martē à linea æqui noctiali æqui distantes, uel in extremitatibus declinationis fueritq; Mars in signo figuram hominis habente, patris uita breuis gladio terminabitur. Si Sol, uel dominus quartæ in die fuerit in duodecima pater filium ab affectu suo priuabit: Si dominus orientis, & cum sole in angulo cōbustus pater filium in uinculis tenebit: Si natiuitas nocturna fuerit primo per Saturnum

de uitæ quantitate require, qui si fuerit in aliquo locorū in quibus eū
ponendum esse Hylech diximus (in die, si sol hylech esse non poterit)
pone eum hylech, & quere ei Alcochoden, & per Alcochodē de uitæ
patris quantitate inquire, si aliquod horum de fuerit. ¶ Si sol fuerit, in
oriēte, uel quarta domo, uel quinta, pone eum hylech, & quare ei al-
cochoden: Si nullū horum fuerit operare ut supra in die de quarta, uel
parte patris operandū docuimus, & secundū ea quæ contingunt plas-
netis respicientibus solem, & saturnum, & quartam, & partē patris
de fortuna, uel infortunio patris post natiuitatem iudicabis. Hæc dos
mus de rerum finibus iudicat cuius principium in signo recto si fue-
rit dominus quoq; eius in signo recto omnes res ita geniti sine bono
claudentur, si uero in signo obliquo è cōtrario, si planetam beneficū
in hac domo existentem dominus, secundæ quocunq; modo respexerit.
Nisi alteruter eorum combustus, uel retrogradus fuerit natus ita
pecuniam absconditā inueniet. ¶ Quod si Saturnus in hac domo si-
gnificatioq; fortunæ fuerit orientalis à sole, & fortis hereditate mor-
tuorum ditabitur, & agricultura. Si autē Saturnus, uel Mars. uel Mer-
curi⁹ infortunatus in hac domo, & in signo infortunij fuerit, & ma-
gis, si quis horum retrogradus fuerit in natiuitate principis: subditi
ita geniti in eum insurgent: Vtri autem horum uictoria cessura sit, po-
teris agnoscere per planetā in hac domo existentem: & per Almutez
natiuitatis, si enim Almutez fortior fuerit natus uictoriā habebit


De. 5. Domo .

SI Iuppiter, & dominus quintæ, & Almutez natiuitatis fuerint
in signis humanam formam habentibus natus prole carebit, con-
trarium uero cōtingit: si in signis aquaticis, quod si in alijs signis nec
multos, nec paucos habebit natos. Nec cures uerba Ptholemaei in li-
bro quattuor capitulorū de prole, nec uerba hermetis in uirga aurea
quia probata sunt esse falsa. ¶ Si planeta qui iudicat de filijs combu-
stus fuerit, uel planetæ malefico adunatus, uel in malo aspectu aliquo
eius fuerit filij ita geniti patre superstite morientur.

F ij

paucos

Apotheles-
matum



¶ Probatum est si Iuppiter in quinta, uel undecima fuerit, siue orientalis siue occidentalis à sole, siue in masculino, siue in feminino signo fuerit, primus natorum mas erit. Notandū etiā quod dominus quinta & uenus iudicant de leticia secundum statum eorum in natiuitate, & secundum aspectū domini quinta ad orientem, uel ad Almutez orientis, erit affectus filialis erga patrem.

¶ Dixit Andru Zagar dominus primus triplicitatis domus quinta de filiis maioribus, secundus de mediocribus: tertius de minoribus iudicat, quisque secundum fortitudinem suam.

¶ Sexum autem proles deprehendere poteris per hæc quattuor: per naturam planetæ iudicantis de filiis per positionem eius respectu solis, per proprietatem quadrantis secundum orientem, & per naturam signi in quo est. ¶ Primum horum quattuor fortissimum, sequentia ordine dicto degenerant, Messahalla uide partem filiorum quæ die, & noctæ sumitur addenda orienti differentiam Martis ad Iouem qui si terminabatur in signo masculino primus natorum masculus erit, & quidem formosus.

⊕. filiorum
à ♂. ad. ♃.
uel ab Ioue
ad. ♃. p. diē
noctū è cōtra
secūdū arales

De .6. Domo

- 6. dom

P R I M O Dicendum de membris planetarū, & prius de eis quæ uisum concernunt: Soli & Lunæ oculi dedicantur.

¶ Hermes, nati maris indie. ☀. sol oculum dextrum indicat D sinistrum, in nocte è conuerso.
























¶ Fœminæ uero in die nascentis. D. dextrum. ☀. sinistrum iudicat, noctæ è contra: Ptholemæus tamen suæ Maris suæ fœmine suæ die suæ nocte, nascentes semper ☀. oculum dextrum ascribit D. sinistrum.

	Die	Nocte.	
	☀. dextrum	sinistrum	
¶ Hermes ☿	D. sinistrum	dextrum	☿ oculum
	☀. sinistrum	dextrum	
	D. dextrum	sinistrum	
	♃. Dextra	sinistra	♃ Auris
¶ Ex Hermete ☿	♃. sinistra	dextra	

¶ Secundum Hermetem, auris dextra ♃ est tam maris quam fœmine, sinistra ♃. die, nocte uero è contra.

Ptholemæus semper aurem dextram ♃. Sinistram ♃. ascribit.




Omnes ♃. linguam ascribunt








																
cor et cerebrū		pulmonē stomachū		plenē		epar		bilem		renē dextrū		renem sinistrū		pudibūda utriusq; sex?		
																
Caput faciem		frontem collum		brachia humeros		pectus stomacū		cor & stomacū		diaphragma						
																
Ilia		posteriora pudenda		femora		Genua		tibias		pedes						









Dolores planetarum insignis.




AndruZagar inquit.

												
pectoris		cordis		capitis		femorū		pedū		tibiarū		poplitis








Abraham huius partitionis rationem affert sic, inspice quemlibet planetam, & scias quota sit eius prima domus post  & si dominus illius domus reperiat in illa attribue ei caput, quod  Arieti deputatur. Quod si ipse fuerit in secundo signo a sua domo, da ei collum quod Tauro  simile est.








Quia  est prima domus  ad quē  ita se habet ut  ad  in quo  dolorem pectoris significat, &  pectus indicat.








Et quia prima domus  est  in quo  distat sicut  ab  & Leo  cordis indicatiuus est. Ideo  in  cordis dolorem excitare consuevit.

Quia prima domus  est  ideo  in eo dolorem capitis excitat.

Et quia  nonus est a  domo  ut  ab  dolores femorū indicat.

Et quare  est 12. a  prima domo  ut  ab  qui pedū dolores infligit ideo  in  pedes indicat.

Quia prima domus  sunt  a quibus ē  xi. ut  ab  qui  demonstratiuus est ideo  tibias indicat.

Et quia  est x. a  domicilio ut  ab  quare  genua significat ideo  in  genua sibi uendicat.

Signa |

♄

♃

♂



♀

♁

♃

♄ ♁ ♃ ♂ ♁ ♃ ♁ ♃ ♁ ♃ ♁

Pectus
Ventre.
Ventre.
Virilia.
pubibunda
Pedes
Genia
Mamillas.
Pedes
Capit.
Capit.
Humeros.

Ventre
dorsum
Pudenda.
Femur
Femur.
Genia.
Oculos
Pedes
Crura.
Poplitem.
Humeros.
Brachia.

Capit.
Costas
Pectus
Pectus
Ventre.
Ventre.
Pudenda
Capit.
Brachia.
Crura.
Mamillas.
Papillas.

Femur
Poplitem
Crura
Pedes
Capit
Collum
Humeros
Cor
Ventre
Dorsum
femur.
femur.

Pedes.
Capit
Collum
Brachia
Cor
Ventre
capit.
Crura
Femur
Pectinem
Collum
Genia

Crura
Pedes
Capit
Oculos
Humeros.
Cor
Ventre
Dorsum
Pudenda
Obscena
Pudenda
Crura

Genia
Crura
Pedes
Capit
Collum
Humeros
Cor
Ventre
Dorsum
Femur
Femur
Pectinem

¶ Si in signo Aereo per sanguinis effusionem
 ¶ Si ♃ reperiat in .4. domo, uel eam ex □ uel ○ respexerit:
 ipsaq; in signo terreo fuerit, ex casu parietis natus obruetur. Sin 4.
 domus fuerit in signo Aqueo, in aquis submerge tur. ¶ Item Ptho. ait
 ¶ Si ♃ uel ♂ fuerit in ♃ ab equo prosternetur aut interficietur.
 Si dominus 7. fuerit in 3. uel in 9. & maleficorum aliquis eum re-
 spexerit à loco edito cadet, uel ex ruina natus interibit.
 ¶ Si ☼ supra terram fuerit alligatus ♃ in cardine ortiuo uel 7.
 aut decimo, uel eum intueatur ex □ uel ○ absq; radijs salutaribus
 ♃ aut ♀ cœcus efficietur, uel strabo cœcutiens.
 ¶ Si ♀ dominus. 6. domus fuerit à ♃ cōmaculatus perpetuam cœti-
 tatem minatur, & eo fortius: si ☼ respexerit ☼ & ♃ sic se habentes
 Item si ☼ fuerit supra terram à Saturno male affecta præsertim, si
 ipsa fuerit domina sextæ domus in oculo cœcitatē obnuntiat
 Si ♂ infecerit sua præsentia aut hostilibus radijs solem ☼ aut ☽
 aliquo ictu, seu percussione, hominis scilicet Si ♂ fuerit in signo
 formæ humanæ. ¶ Si in signo igneo ☿ ♃. cœcitas accidet ex
 ictu bestiarum. ¶ Si in terreo uidelicet ☿ ♃ ♃. H ex cerebri reumate natus ita
 oculi aciem desiderabit
 ¶ ♃ cum ♀ coniunctus, uel in aliquo eius aspectu malefico, nec
 ♂ nec aliquis planeta salutaris siuæ beneficus mercarium intueatur
 linguam nati denotat impeditam siue balbutiētē præcipue si supra
 terram reperiat.
 ¶ Si ♀ prædicto modo se habens fuerit in ♃ & fuerit dominus
 ascendens, uel Almutez natiuitatis mutus erit, uel impeditæ linguæ
 Item si ♀ reperiat in ♃ cum ☼ & horoscopi dominus, Marisq; eū
 intueatur, idē portendere uidetur: uerum si ♂ uel ♃ nō respiciat
 eum ♀ torrente locutionis laborabit eritq; loquax atq; nimium uer-
 bosus. ¶ Si ☽ sub terra fuerit collocata cum aliquo planeta malefico
 In aliqua domorum ♃ utpote ♃ uel ☿ pectoris dolorem cū tussi
 excitabit. ¶ Si ♃ dominus 6. fuerit supra terram, & ♂ eum male
 respiciat seu inficiat procul existentibus beneficarum stellarum radijs

☿ ♃ ♃
 ☽ ☼ ♃

Cortas oculorū

♃ ♃ ☽
 ♃ ♃ prima
 medietas.

Mutitas

G

spleneticos
facit

tionibus, malum aliquod in aure dextra excitabit siue tinnitum itaq;
auditum impediet. ¶ Si eodem modo sub terra fuerit splenis infir-
mitatem faciet. ¶ Si ♃ fuerit dominus ☿ & supra terram a malefici-
cis sauciatus infirmitatem siue aliquod impedimentum in aure sinistra
prouocabit. Sin sub terra eodem pacto se habuerit epatis infirmitas-
tem excitabit.

Si ☿ dominus ☿ supra terram fuerit male affectus infirmitatem
in auricula dextra efficiet.

Si ♀ similiter se habuerit in Aure sinistra obnunciat infirmitatem
siue hebetudinem. ¶ Si ☿ sub terra fuerit combustus, uel male affe-
ctus natus ita ictericia laborabit.

Venus sub terra male affecta, natus renum dolores experietur.

Item ♀ cum ☿ in ♄ denotat q; nato mentula curtabitur.

Pars infirmitatis, quæ sumitur in die a ♄ in ☿ nocte è conuerso, &
additur gradibus horoscopi. Si fuerit de prauata a maleficis: natus pas-
tietur egritudinē in mēbro quod deputatur signo sub quo ipsa pars
infirmitatis: seu A Zemene reperitur.

Si Almutez dictæ partis fuerit coniunctus domino . ☿ . uel male-
eum intueatur absq; aspectu benefico beneficarum stellarum, & dom-
minus . ☿ . fuerit orientalis a ☼ morbus per locum illius planetæ sig-
nificatus perpetuus erit, sin occidentalis pluribus infirmitatibus la-
borabit natus, quarum nulla erit perpetua. ¶ Ptholomæus inquit.

Cuius . ☿ . uel . ♄ . fuerit horoscopus, erit causa suarū infirmitatum
ipse met natus ex malo ei⁹ regimine aut cibis non conferentibus seu
nimio coitu, siue crapula, uel bibitione: hoc autem dictum est quoniam
dominus oriētis cōsueuit esse dominus sextæ dom⁹ quā arabes egrit-
udinib⁹ deputarunt. ¶ Inquit èt Pthol. cuius ☿ uel ♄ fuerit in ho-
roscopo: ipsemet natus erit causa suæ mortis, quia dominus oriētis
& . 8 . idem est. Cuius autē . ♄ . ipse sibi inimicos parabit, Cuius oriens
B auarus erit, quia dominus horoscopi & secundæ est idem.

Si in horoscopo fuerit ♃ uel ♀ sua industria, regum seu principum
familiaritatem, & honorē sibi comparabit. ¶ Si oriens fuerit uel
II ex rebus stabilibus ditabitur.

¶ Dominus triplicitatis 6. primus de infirmitate iudicat Dominus 2. Andru Zager
triplicitatis. 6. de seruis Dominus 3. triangularitatis sextæ de pecudi
bus iudicat. ¶ Si status domini primæ triplicitatis laudabilis fuerit,
parum egritudinibus laborabit: Sin illaudabilis natus morbis multis
affliget. ¶ Si dominus. 2. triplicitatis sextæ: ¶ Si fuerint male affe
cti a seruis malū cōsequetur natus, sin bene, bonū. ¶ Si dominus. 3. tri
plicitatis 6. ¶ Det almutez horoscopi fuerint bene affecti: pecudes
habebit, ¶ ab eis utilitatē ita genitus cōsequitur: ¶ è cōuerso iacturas.

De .7. Domo.

Ptholemæus dixit: Venus iudicat de sceminis secūdū q̄ ipsa se habue
rit in natiuitate de illis iudica, nam si ipsa fuerit in. 7 uel in. 12 dis
scordiā cū ipsis. uel pro ipsis natus habebit: Si uero in horoscopo, uel
xi. amorē mutuum cum ipsis, ¶ utilitatem pro ipsis non modicam.

a
7 domu



¶ Si Venus fuerit in ♀ amor usq; in langorem intendetur, & cum magna zelotipia, dico autem si in horoscopo fuerit aliqua domorum Veneris, utpote in ♀ uel ♀ aut in sua altitudine, amor magis intendetur: & hoc si non fuerit retrograda nec combusta, nec infortunata. ¶ Verum si ipsa combusta fuerit, & in aliquo angulorum nec Iuppiter eam bene respexerit multa occulta, & contra naturam committet, & magis hæc erunt, si Venus aliquod signorum incōtinentiæ tenuerit: Sunt autem hæc. ♄ ♀ ♃: Quod si Venus in ♄ tenuerit quæ est domus casus eius ardentius ignominiosus, & in inaturalibus instabit. ¶ Si Venus in aliqua domorum Saturni, uel cum ipso, uel sub aliquo aspectu eius fuerit sordes nascentis augebuntur: si Venus cum Marte, uel in aliqua domorum eius fuerit, uel sub aspectu eiusdem, multum fornicabitur. ¶ Arabes inquit:

Quot signa interijecerint à domo septima ad ♂ tot maritos mulieribus portendunt, A decima ad ♀ uiris totidem uxores.

HERMES Ait, si in natiuitate uiri Venus combusta sit uxor uiro citius morietur. Si uero in natiuitate uxoris, Mars sit combustus: maritus uxorem in morte præcedet. ¶ Ptholemeus in iudicijs de re fœminæ Lunam, Veneri iungendam esse inquit, nam si Ambæ fuerint combustæ natus uxore carebit, & hoc magis: Si ipsæ fuerint in domibus cadentibus, uel in suo casu aut Venus fuerit retrograda. ¶ Si Mercurius in septima, & in signo masculino nec retrogradus nec combustus fuerit omnia in differenter perpatrabit, & committet facinora, Messahala inquit, in natiuitate uiri: siue diurna, siue nocturna uide partem conubij, siue uxoris quæ sumitur à Saturno in Venerem, & additur horoscopo: In natiuitate uero uxoris à Venere ad Saturnum orienti quoq; addenda, & secundum domū in qua illa pars terminabitur, & secundum aspectus ad ipsam iudicabis, & sicut de natiuitate uiri per Venerem, & Lunam iudicatur, Sic de natiuitate fœminæ per solem, & Martem iudicabis, soliq; & Marti, dominus

⊕ conubij uirorū à ☉ in ♀. ¶ Mulierum à ♂ in ♄.

septimæ in hac re comparticipabit

¶ Ptholemeus ait si in natiuitate lux lunæ augetur antequam perueniat ad medium spacium uitæ naturalis natus ducet uxorem: Si uero lux decrescit in uita subsequenti ducet.

Messahala Luna crescente in natiuitate uiri iuenculæ, decrescente autem uetulæ ducentur. ¶ Superiores à sole quanto magis fuerint tanto in ætate prouectiores, quanto in feriores tanto iuniores duendas esse significant.

Si Venus, & Luna, & dominus, septimæ omnes in signis bicorporis fuerint multas uxores ducet, si duo tantum ex hijs tribus, sic se habuerint, pauciores, & sic deinceps.

Si in signo fixo unam, & eodem modo iudicandum erit in natiuitate fceminæ per Solem, & Martem, & dominum septimæ.

Dixit Andru Zagar dominus primus triplicitatis domus septimæ de uxore iudicat, Secundus uero triplicitatis dominus de aduersarijs:

Tertius uero triplicitatis dominus de comparticipantibus quamlibet rem, & secundum uim, & fortitudinem cuiusuis horū, & aspectū ad orientem, & ad dominum orientis iudicabis.

De .8. Domo.

IUPPITER Et Venus in .8. Domo quam Arabes morti deputarunt non combusti neq; retrogradi natum ita naturali: & nō uiolenta morte interiturum significat.

¶ Aben Rageles inquit, nunquam uiolenta morte peribit: qui habuerit ♃ aut ♀ in .8. domo.


In hac re dominus .7. erit particeps Solis et Martis.

Decrescete

D

a
8. domo

♃ ♀



Hec figura indicat natum non uios
 lenta morte periturum propter ♄
 & ♀ coniuictos in .8. domo
 non combustos nec retrogrados

♄ & ♀ in octaua domo, uel alter ipsorum non combusti neq; re-
 trogradi, significant natum ita naturali, & non uiolenta morte in-
 teriturum.

♄ Si ♄ i 8 & oriēs igne & naturæ fuerint, ex febre tertiana, uel quarta
 na indicat mortē nati: Si insignis Aqueis in aqua moriturū minatur
 ♄ Mars in .8. & signo humano, aut in secunda facie ♄, uel prima
 ♄ ferro interiturum obnunciat, ♄ in 8. domo cum ♄. natum
 laqueo interiturum insinuat.

¶ Si ☿ uel ♃ cum ☽ uel ☼ in 8. domo mortem nati denotat fore violentam. ¶ Si ☿ in II ☼ ☼, uel ☿ nati, ita laqueo, uel suffocatione interiment.

¶ Si ☿ fuerit in II ☼ ☼ in ☿ per ☐ scilicet distantes in natiuitate diurna, uel ☽ in nocturna natus, ita suspendio peribit.

Pholemetus
inquit

¶ Si ☽ fuerit in 8. cum ♃ uel ☿ uel ♀ male affecta ex ☐, uel ☽ aspectu, natus male morietur.

¶ Messalla si ♀ a ☼ distiterit 47. gradibus, siue orientalis, siue occidentalis ♀ autem 27. ☼ horum alter habuerit dignitatem in .8. male morietur.

¶ Istud non
laudo
♀ 47.
♀ 27.

¶ Si ☿ fuerit ☽ Ioui, ☼ alter horum sit dominus octauæ mandato iudicis peribit.

Si horoscopi dominus fuerit in .7. cōbustus, ☼ in ea ☼ nullam habuerit dignitatem essentialem manibus multorum (qui contra, ita genitum insurgent) peribit.

Si uero ☼ in ipsa domo .7. potestatem aliquam habuerit, de mandato, seu manu regis interibit.

Si dominus .8. reperiatur in .12. cum aliquo planeta malefico, uel in ei⁹ aspectu maligno captiu⁹ iteribit, utpote in carcerib⁹ aut pfugus

¶ Item dominus .8. fuerit in .4. afflictus et in carcere nati⁹ morietur

¶ Si dominus .7. reperiatur in ☽. infortunatus sub signo terreo natus ex præcipitio, seu alto loco præcipitatus morietur.

Si ☽ fuerit in ☽ ☼ in aliquo 4. cardinum, ☼ Saturnus in circulo eccentrico descendens eam infecerit sua præsentia, uel hostilib⁹ radijs ex uentris profluuio peribit. Sin ascendēs ♃ lunam in ☽ supputatā commaculauerit, ex Alui constipatione obibit.

zael uide
ginam 4

Dixit Zael: in multis natiuitatib⁹ experimēto cōprobasse: Si ☽ in ☿ fuerit ☼ solis diametro sauciata, natum in aquis peruisse.

Si ☽ combusta fuerit in aliqua domorum ♃ ☼ in aliquo angulorum uitio pulmonis, ☼ tussi interuisse.

Si ☿ dominus .8. fuerit in 7. sub signo aereo, uel Aquatico ex fluxu sanguinis p̄ inferiores corporis partes iteribit. ¶ Si domin⁹ .8. horosco uel ei⁹ hospitorē male respexerit timore, et angustia affligetur.

Sin eosdem feliciter intueatur timore solo absq; angustia affligetur
Si dominus 8. fuerit in. 8. uel ipsam feliciter irradiaverit natus in
sua patria, uel prope morietur

Si dominus. 8. fuerit in. 3. uel 9. domo inter alienos, uel extra nata
le solum ita genitus obibit.

Experimēto scēpius comprobatum est q; plurimi nascentes in adunas
tione idest coitu ☼ è ☽ perierunt in ☾ hęc est plenilunio. Nati
uero in oppositione mortui sunt in ☉ hoc est in ipso nouilunio.

Audrusager

Dominus primus triplicitatis hui? 8. domus indicat de morte natū
quem si inueneris sub radijs solarib? occulta morte peribit.

De qua iudicabis secundum qualitatem signi in quo fuerit, & secun
dum planetas ipsum aspicientes. Dominus uero secundus triplicitatis


De hereditatibus mortuorum, & si dominus secundæ domus siue do
minus. 2. triplicitatis. 8. fuerit planeta beneficus, & eum feliciter
aspexerit aliquas hereditates mortuorum natus assequetur uel paren
tes hereditabit. Dominus uero. 3. triplicitatis. 8. secundum eius sta
tum iudicat de statu cogitationū mentisq; angustijs, & pœnitentia na
ti dijudicat.

domus.

De 9. Domo.

SI Dominus ascendens reperiatur in. 9. domo: Natus sua spō
ste longa peragrabit itinera. Quod si planeta beneficus in ead
dem domo. 9. fuerit cum eius hospitore: uel ipsum respexerit felici
radiatione, in suis itineribus bene eueniet: Sin aliter è conuerso.

¶



Hæc figura indicat natū sua sponte longas uias ambulaturum, & in eis prosperari debere propter ♃ & ♀ Δ aspectum tamē timores in eis habebit propter ♃ in nona domo.

♃ in. 9. denotat metus futuros in itineribus magis autem in mari, & præsertim in signo aqueo, & ♀ lunæ domicilio.
 Mars in. 9. timorem minatur in peregrinationibus longis præcipue terreis, non tamen in loquum sit eius altitudo.
 Dominus ascendentis in. 9. domo indicat natum longas uias affectare, & peregre proficisci debere. Dominus horoscopi in. 7. indicat multa itinera, & ♃ natus, ita in suo natali solo patrijsq; laribus parū

H

commorabitur, & secundum eius statum dijudicabis quid nato contin-
get inter alienos, & extra patriam.



Pars itineris per terram accipitur à domino. 9. usq; ad principium
eiusdem nonæ, & adijcitur gradibus horoscopi: Dein proicitur ab
ascendente, & ubi terminabitur ille numerus erit dicta pars itineris
per terram.

Pars itineris per aquam sumitur à ♄ usq; ad 15. gradum ☽ hor-
oscopi gradibus Addenda. Et secundum q̄ inueneris has duas par-
tes, & planetas ipsas respicientes dijudicato.

Notandum q̄ per hanc. 9. domum de religione, & fide atq; scientijs
diudicant Arabes, & recutiti, in qua si Saturnus reperiatur, & horo-
scopi dominus ipsum intueatur benefica radiatione natus oblectabit
de rebus philosophicis, & arte chimica siue alchimia.

♄ In questionibus autem siue interrogationibus si ♄ ita reperiatur
consultor queret de scientijs, uel Alchimia.

♃ Iuppiter in. 9. cœli templo à domino ascendens irradiatus iudicat:
De legibus, præsertim si fuerit à ☀ orientalis. ☿ de physica.

☀ de Astronomia.

♀ de Musica.

♁ de dialectica, & Arithmetica.

♃ de historijs, & itineribus.

☿ Pars scientiæ quæ die noctuq; sumitur à ♄ ad ♃, & adijcitur
loco ♁ secundū planetas eā respiciētes de sciētjs, & fama dijudicato

Primus dominus triplicitatis 9. iudicat de itineribus longis.

Secundus de scientijs

Tertius de somnijs

Et secundum statum eorum de ijs rebus fiat iudicium.

Si domus 9. in signo fixo inchoet: uel ♄ in ea reperiatur, nisi ipsa fue-
rit in ☿ somnia, ut plurimum uera uidebuntur, in signo autem mo-
bili somnia nati illius erunt sine effectu, & irrita.

Si ♄ fuerit dominus nonæ in plurimis somniorū nati uidebit mortuos
& ploratus, demones, sepulturas, & uias suas fieri per loca deserta.

Si ♃ fuerit dominus nonæ in plurimis somniorū suorū uidebit p̄sonas

Andrusagar
inquit

honorabiles, orationes facere, & ecclesias angelos, & imagines san-
ctorum. ¶ Si ♂ bella equites canes equos ignes arma, & machinas
tormentales. ¶ Si ☼ reges principes: & potestates.

¶ Si ♀ feminas, puellas, pueros formosos, & omnia odorū genera.

¶ Si ♀ libros, doctos philosophos, poetas, oratores, Arithmeticos
geometras, Astrologos: Scholas, & eiusmodi.

¶ Si ♃ Aquas, mare, fluuios, lacus, fontes, puteos, itinera agere.

Et uolare per aera natus somniabit.

Sciendum inquit Abraam iudæi.

Cōiunctio ♃ & ♃ fuit in ♃ ante exitum iudæorū de egypto

¶ ♃ ♃ ♃ fuit in ♃ ante natiuitatem Christi.

¶ ♃ ♃ adunatio siue coitus fuit in ♃ ante natiuitatē machometi
fallacis. ¶ ♃ in nona in natiuitate iudeorum suam fulem constanter
seruaturos indicat.

¶ In christianorum natiuitate, eorum fidem neglecturos insinuat.

Sarracenorum quoq; eorum fidem infirmat.

¶ Sol in ♃ fidē christianorū: Consolidat, iudeorum, et sarracenorum
fidem negligere facit.

¶ ♂ in nona facit sarracenos suā fidem seruare Christiani uero, &
iudæi nascentis fidem in irritum ducit, & incredulos facit.

De 10. Domo.

SI Natiuitas fuerit diurna, & ♀ (quā matri p̄ diē deputariūt) fuerit
in .xi. domo, uel .x. aut .7. uel in ortiuo cardine, ei hile giā cōcedas
potestatē: nisi fuerit cōbusta, deinde uideto quis planetarū eā respiciat
& in illo loco habeat dignitatē, & illi Alcochodeā cōtribuas pote-
statē: & si alcochodē ille fuerit in aliquo angulorū ei cōtribuas annos
medios: sin alibi præcipue in succedētib⁹ minores: Planetæ malefici
ex malo aspectu minuunt planetæ uero benefici, ex quocūq; aspectu,
uel præsentia Augent dona alcochoden Dirigendus autē est locus ♀
ad locū alicuius malefici interimentis qui proximus fuerit loco anno-
rum Alcochodæ: & per hoc scire poterimus quantitatem uitæ
Matris. At si ♀ fuerit combusta sumito locum. D. quam

H ij

10. domo

si reperies in horoscopo, uel. 7. domo in quocunq; signo, uel etiã in. 3. Aut in. 10. 11. 4. 5. in signo fœmineo assumito eã Hylech, & perquirito eius Alcochoden, & negociare ut supra.

Si natiuitas fuerit nocturna, uide si D. fuerit in aliquo prædictorum locorum, ponas eam Hylech.

Si nullibi ex dictis locis reperiatur D, & ♀ fuerit in domo 3. 4. 5. capias eam Hylech.

Si D & ♀ tam die quã nocte non fuerit Hylech neq; habuerint Alcochodeã potestatem quod accidet, si utraq; reperiatur incaden a tibus præcipue. 6. uel. 12. aut. 8. domo.

Assumito decimã pro Hylech, & ab ea perquiratur Alcochodea, si non habuerit Alcochoden, perquirito partem matris, quæ per diem accipitur à ♀ in D nocte econuerso, & adijciatur horoscopo, & ubi terminabitur numerus erit ⊕ matris, & si fuerit in aliquo. 4. cardinũ aut in succedentibus erit hylech, & perquirito eius Alcochoden:

Et si non inueneris Alcochodeã, fac directiones decimæ cum ascensionibus circuli directi, & quando peruenerit ad planetam maleficam terminabitur uita matris tot annis quot erunt gradus.

Hermes inquit: Planeta malus in ☽ minatur matris breuem uitam, aut perpetuam infirmitatem.


Malefici planetæ in Leone patris citam mortem, seu breuem uitam obnunciãt, uide quis planetarum fuerit Almutez super. 4. loca principalia matris.

Quæ sunt locus ♀ locus D. decima domus, & pars matris, & secundum statum illius Almutez & aspectus ad illum, iudica de fortuna, uel infortunio matris.

Si ♀ uel D aut utraq; reperiatur in. 12. cœli hospicio genitrix filiũ suum non diliget, & è cõuerso

Quicunq; habuerit aliquam stellarum fixarum primi honoris, seu magnitudinis in gradu horoscopi, uel culminantis cœli aut in gradu. ☼ per diem, uel D per noctem diuitias, & honores maiores quã antecessores sui possidebit, de natura illius fixæ, hoc quidẽ uerũ e si fixa illa paruæ latitudinis fuerit, sin magnæ, uis eius parum in natiuitate nati apparebit.

Hermes



¶ Pars honoris in natiuitate diurna sumitur à loco ☀ usq; ad 19. gradum ☿ in natiuitate autem nocturna à loco: ♃. usq; in finem. 3. gradus ☿ & congeries addatur gradibus horoscopi, & si planeta beneficus reperiatur ibi, uel eam benefico intuitu aspexerit secundū statum eius ita genitus honorem consequetur, è contra uero si maleficus eam partem honoris commaculauerit.

Notandum q̄ planetae significantes magisterium, siue professionem operum sunt tres ♂ ♀ ♁ Mars significat tolerantiam laboris, & agilitatem.

♀ delectationem, & gaudia

♁ scientias decernit.

¶ Si isti in natiuitate se aspexerint operum manualium facilitatem, nato contribuent, quantum libuerit, tamen secundum cuiusq; statum in natiuitate dyudicandum erit.

¶ Si ♄ fuerit in decima domo sub signo Aqueo, & in orientis cardine habuerit dignitatem aliquam, natus nauta erit uel in aquis libenter comorabitur, & piscationibus oblectabitur.

Si ♄ fuerit orientalis à ☀. fiet cerdo, uel cerdonis officio fungetur, & delectabitur cum lucro.

Si uero ♄ fuerit in .x. domo et in signo terreo, & potestatem in oriente habuerit, & orientalis à ☀ Architector erit, uel architectura oblectabitur: Sin occidentalis erit puteorum purgator, uel fossor.

¶ ♄ & ♁ in .x. domo si reperiantur, uel ♁ Saturnum ibi existentem aspexerit alteruterq; horum in oriente dignitatem habuerit agrimensor natus efficietur.

¶ ♄ de iudicibus, & ecclesiis iudicat.

¶ ♂ in suo honore uidelicet capricorno aut domicilijs ♄ ☀ orientalis à ☀ milites bellatores, & exercituum ductores producit praesertim à beneficijs feliciter irrudiat.

¶ In domo autem sui casus utpote ☽ phlobotomatores seu tonsores facere consuevit.

In signo igneo ferrifabros uel lignifabros.

Si ♁ retrocedens tunc respexerit sutores pannorum, uel pellium.

¶ ♂ combustus furnarios efficit.

¶ ☀ bene affectus dominum indicat

¶ ♀ caupones instriones mimos lutores scaccorum, & cantores.

¶ ♁ scribas Magistros litteratos

¶ ☽ Marcatores, peregrinationibus deditos

Andrusagar ait

¶ Primus dominus triplicitatis decimae de matre iudicat.

¶ Secundus de honore

¶ Tertius de magisterio nati, secundum cuiusq; horum status dijudicandum erit.

¶ Per planetam orientalem à ☀ scire poteris professionem nati. Pthol:

De. I I. Domo.

xi. do

¶ ♃ in .xi. bene affectus, & non retrogradus neq; cōbustus nec in suo casu utpote in ♄ sed in cancro, aut ♃, uel ♀ fortunam foelicem: & fauorem communem in rebus omnibus decernit: præcipue si aliquam habuerit dignitatem in horoscopo, uel in loco ☀ in natiuitate diurna, aut in loco ♄ in natiuitate nocturna.


¶ ♀ in .xi. amorem muliebrem mutuum significat in signo foemineo in signo autem masculino natum ad Venerem masculam inclinat, alio qui ad amplexus, & amores puellularum uirginum, sed ab amoris principio finis degenerabit, quia hæc .xi. domus opposita est quinta quam deputarunt arabes uoluptatibus: & conuiujs.

¶ ♀ in hac domo dabit amicitiam ingeniosorum hominum, & paruulorum præsertim in signis humanis, in alijs uero signis in matrimonio fortunam promittit.

¶ ☀ amicitiam regum, principum, & potentiorum dabit, uel facit clauigeros regum, finem eius rei. secundum statum ☀ dijudicato.

¶ ♃ & ♀ excitare consueuerunt rixas controuersias, & molestias causa amicorum, & iacturas pannorum, nam plurimi sapientes pannos, & uestes huic domui ascribunt alij uero quinta.

¶ ♄ non cōbusta, nec alligata planetis infortunij neq; in malo aspectu maleficarum stellarum amicitias, & fauores omnium promittit.



Hac figura decernit natū
 a comuni populo, et mulieribus nobilibus multū dedere igitur quoniam Dest in xi. et proprio domicilio, et a senibus propter eum
 Δ cum ♄.

¶ Pars amicorum quæ sumitur per diem a ♄ in D per noctem uero e contra, et proicitur ab horoscopo, secundum domum in qua fuerit et planetas hanc partem respicientes de amicis diiudicatio.
 ¶ Primus dominus triplicitatis x i. de amicis iudicat, secundus de mercatura, tertius de uestimentis, secundum statum horum de ijs rebus diiudicatio.

De. 12. Domo.

12. domus.

HEC Domus. 12. de inimicis occultis, carceribus, exilio, et quadru pedibus magnis, et domitoribus æquorum, et taurorum denotat, secundum naturam planetarum in ipsa domo existentium obnunciat,

obnunciat, & ex qua parte hæc mala eueniant.

♄ Senes, rusticos seruos, & homines inutiles atq; senes denotat.

♃ honorabiliū hominum, religiosorum, et iudicū inimicitias ostēdit.

♀ mulierū, uiolentorum hominum latronum, pyratarum q; indicat.

☀ regum, principum, nobilium, & patris odia inimicitiasq; minatur

♀ Matris, foeminae q; sexus.

♁ Magistrorum, sapientum eloquentium, & musicorum denotat.

♃ Populorum, & ignobilium mulierum.

¶ Secundum igitur planetas in hac domo existentes inimicitia nato aduenient, & nota q.

¶ Si dominus ascendens reperiat in induodecima ipsemet natus ita inimicitias sibi comparabit.

Si dominus secundæ fuerit in. 12. propter pœcunias, sæpe ei inimicitia aduenient.

Si. 3. propter fratres aut sorores, uel cōsanguineos aut extra patrios lares, uel in paruis itineribus, inimicos habebit occultos.

Si dominus quartæ reperiat in duodecima cum parentibus aderunt odia, & inimicitia aut propter res stabiles.

Si. 5. causa filiorum, uel filium pater odio prosequetur.

Si sextæ seruorum causa, uel ancillarum, & paruorum animalium.

Si. 7. causa uxoris, uel cum uxore aut focys in aliquo negotio

Si. 8. propter hereditates mortuorum aut ex dote uxoris lites.

Si nonæ cum extraneis aut religiosis, uel in longis itineribus.

Si decimæ propter principes, uel regem irasq; potētiorum inimicitia aderunt.


Si undecimæ propter amicos, & sotios, uel ipsorum gratia, natus habebit lites.

Si dominus duodecimæ fuerit in duodecima plurimæ inimicitia accidit nato indie illi planetæ deputato.

Si partem inimicorum, quæ per diem sumitur à ♄ in ♀ per noctem è contra projicienda ab horoscopo, malefici planetæ inficiant aut hostilibus radijs intueantur, inimici infortunabuntur.

Si planetæ benefici prosperabuntur eius inimici, contra natum.

I



Hæc figura' indicat nato inimicitias iudicum, & ecclesiasticorum propter 7 in. 12. licet in propria domo, & inimicitie, ei adueniēt ut plurimum in die Iouis.

- ☉ Dominus ascendens in. 12. & in signo humano absq; radijs beneficarum stellarum natus captiuabitur.
- Et si dominus. 3. uel ☽ aspexerit dominum ascendens in cacodemo ne supputatum a captiuitate tandem liberabitur, uel ab exilio reuocabitur.
- ☉ Si dominus ascendens fuerit combustus in duodecima domo natus incaptiuitate siue carceribus morietur.

¶ Si dominus ascendens fuerit combustus in ortivo caraine sue horo-
scopo breuem vitam insinuat.

¶ In secunda paupertatem.

¶ In tertia, fortunium a fratribus, uel consanguineis aut ipsorum gratia.

In quarta, uel 3. natus in carcere peribit.

In quinto: & signo Aqueo, ebrietate.

In sexto longa egritudine conflictatus interibit. In 7. uxor erit causa

suae mortis, secundum nam signi, ut si fuerit terreum ex precipitio.

Si igneum per ignem.

Si in 9. periculosa itinera patietur.

In. 10. in carceribus iussu principis,

In. 11. propter amicos malum, & pericula

Si planeta maleficus fuerit in duodecima, sub .♁. uel. ♃. ab equo

calcitroso siue alio animali precipitabitur

♃. uel ♀ in duodecima, uel ♁ infortunatus pericula uitae obnina

tiat propter bestias masculini generis si in signo masculino

Femine autem per feminas.

♃. de asinis. ♃. de dromedarijs

♂. de mulis filijs asini, & equae

☼ ab aequis, uel mulabus

♀ de filijs equi, & Asinae

♀ de Camellis

♂ de bobus, seu bucefalis

Secundum D statum si fuerit male disposita ex parte boum uel per-

cussione.

¶ Primus dominus triplicitatis. 12. de inimicis

Secundus de angustijs, & carceribus

Tertius de pecoribus seu pecudibus, & arietibus.

F I N I S.

I ij

Manilius libro. 4.

QUATVOR In partes cœli describitur orbis
Nascentem lapsūq; diem mediosq; calores
Teq; helice: totidem uenti de partibus illis
Erumpunt, scœuumq; gerunt per inania bellum
Asper ab Axe ruit boreas, furit eurus ab ortu
Auster amat medium solem, Zephiusq; profundum
Hos inter binæ medijs è partibus auræ
Erumpunt similes mutato nomine flatus.

¶ Ouidius primo Methamorphoseos.
Eurus ad auroram, nabatheaq; regna recessit
Persidaq; & radys iuga subdita matutinis
Vesper, & occiduo quæ littora sole tepescunt
Proxima sunt Zephiro, scythiam septemq; triones
Horrifer inuasit boreas, contraria tellus
Nubibus assiduis pluuiosq; madescit ab austro.
Ventus est terræ exhalatio calida, & sicca
Lateraliter circa terram mota.

ERRATA IN HOC LIBELLO.

Pagella. 2. uerso folio.

Vbi impressum fuit, Saturno attribuunt

Eo q; ipse incrementum semini conferat.

Emendentur sic

Vim retentiuam semini administrat.

Antonij Musi Poetae Siculi
ad Lucam Gauricum.

QUID Motus tractusq; poli, quid sidera possint
Aut nulli, aut pauci Gaurice scire ualent.
Et quia caelestum est diuina scientia rerum
Et nisi diuinis noscitur ingenijs
Sæpius uranies fallacem cernimus artem
Et quia mendaces cernimus Astrologos
Sed tu præ cunctis hodie mortalibus unus
Singula quid possint sidera quæq; uides
Fortunam uitamq; hominum promittis ab ortu:
Iudicio nunquam decipiente tuo.
Mens tua diuina, & casus præsaga futuri
Mortales cogit nomen amare tuum.

In Urbium Principe Roma foeliciter sedente Diuo
Paulo .III. Pontifice opt. Max.

Anno uirginei partus. 1545. uertente pridie nonas Nouembres,
Astrologicum hunc libellum prælo dederunt Valerius
Doricus, & Aloisius Frater
Brixiani.

